An. et vol. XXXII 25 Septembris 1940 (Ser. II, v. VII) – Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 337 – Litterae Apostolicae, p. 348 – Epistula, p. 359 – Allocutiones, p. 360.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 373 – *S. C. Concilii*: Resolutio, p. 374 – *S. C. de Propaganda Fide*: I, II. Decreta, p. 379. III. Nominatio, p. 380.

Acta Tribunalium: *Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal*: Normae, p. 381.

Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne – Segreteria di Stato: Notificazione e Nomine – Necrologio, pp. 383-384.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XL

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, *L. it.* 55 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4 — extra Italiam, *L. it.* 4,50

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXII, n. 10 - 25 Septembris 1940)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *Sancti Caroli Ancudiae* (Portus Montt). – A Dioecesi S. Caroli Ancudiae territorii pars seiungitur, quae in Dioecesim « Portus Montt » nuncupandam erigitur, Archidioecesi Ss. Conceptionis suffraganea. – *1 Aprilis 1939* . . 337

II. *Allahabadensis et Agraensis* (Lucknowensis). – Ab Archidioecesi Agraensi et a Dioecesi Allahabadensi territorii pars seiungitur, ex qua nova erigitur Dioecesis « Lucknowensis » nuncupanda, Metropolitanae Ecclesiae Agraensi suffraganea. – *12 Ianuarii 1940* 340

III. *De Wonsan et de Tokwon* (de Tokugen seu de Tokwon - de Hanko seu de Hamheung.). – Abbatiae S. Benedicti, Congregationis Ottiliensis O. S. B., in Vicariatu Apostolico de Wonsan, eiusdem Vicariatus territorii pars assignatur et in Abbatiam « nullius » constituitur sub nomine « de Tokugen » seu « de Tokwon », simulque decernitur ut Vicariatus ille, cleri indigenae curis, quando res feret, committendus, « de Hanko » seu « de Hamheung » in posterum nuncupetur. – *12 Ianuarii 1940* 343

IV. *Mysuriensis-Coimbatorensis* (Bangalorensis). – Dioecesis Mysuriensis territorii pars seiungitur et nova erigitur Dioecesis, « Bangalorensis » nuncupanda, Metropolitanae Ecclesiae Pondicheriensi suffraganea: Dioecesi Mysuriensi quaedam adiunguntur territoria e Dioecesi Coimbatorensi dismembrata et ipsa Dioecesis Coimbatorensis cleri indigenae curis committitur. – *13 Februarii 1940* 346

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Caritatem Deus.* – Venerabilis Dei Famula Philippina Duchesne, e Societate Sororum a Sacro Corde Iesu, Beata renuntiatur. – *18 Maii 1940* . 348

II. *Ad Religiosas Familias.* – Venerabilis Dei Serva Ioachima de Vedruna, vidua de Mas, Instituti Carmelitarum a Caritate Fundatrix, Beata renuntiatur. – *19 Maii 1940* 354

EPISTULA

Primo exeunte saeculo. – Ad Exc̃mos PP. DD. Ioannem Iosephum Mitty, Archiepiscopum Sancti Francisci, Ioannem J. Cantwell, Archiepiscopum Angelorum, ceterosque Episcopos in territorio primae Dioecesis Californiensis exstantibus: saeculo expleto ab ecclesiastica hierarchia in California condita. – *14 Iunii 1940* 359

ALLOCUTIONES

I. Ad Legatum Reipublicae Bolivianae. – *10 Augusti 1940* 360

II. Ad laborantes in Actione catholica, Romae coadunatos. – *4 Septembris 1940* 362

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 373

SACRA CONGREGATIO CONCILII

Dioecesis V.... et Aliarum. – Resolutio: de Capitulari religionem ingresso. – *13 Aprilis 1940* 374

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. Decretum. De iuramento super ritibus malabaricis a missionariis in Indiis Orientalibus praestando. – *9 Aprilis 1940*. 379

II. *De Suchow-De Yenchowfu.* – Decretum. Dismembrationis et unionis. – *28 Maii 1940* 379

III. Nominatio 380

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Normae. – Ad Em̃um ac Rm̃um D. Cardinalem Patriarcham Lisbonensem atque Exc̃mos ac Rm̃os Archiepiscopos et Episcopos Reipublicae Lusitanae: circa applicationem art. XXV Concordati inter Sanctam Sedem et ipsam Rempublicam Lusitanam. – *22 Augusti 1940* 381

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 383

II. Segreteria di Stato: *Notificazione* e *Nomine* 383

III. Necrologio 384

An. et vol. XXXII 25 Septembris 1940 (Ser. II, v. VII) – Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI CAROLI ANCUDIAE (PORTUS MONTT)

A DIOECESI S. CAROLI ANCUDIAE TERRITORII PARS SEIUNGITUR, QUAE IN DIOECESIM « PORTUS MONTT » NUNCUPANDAM ERIGITUR, ARCHIDIOECESI SS. CONCEPTIONIS SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summi Pontificatus munus Nobis divinitus commissum, quo omnium catholici orbis Ecclesiarum regimini praesidemus, a Nobis exigit ut si qua sit dioecesis, quae vel nimio territorio vel christifidelium frequentia redundet, ex ea pars seiungatur quae in novam possit dioecesim constitui, sollerti alterius Pastoris curae concredendam. Merito itaque lubentique animo excipiendas decrevimus huic Apostolicae Sedi porrectas preces, quibus expostulatum est, ut, ad maiorem dominici gregis utilitatem, quaedam latissimi dioecesis S. Caroli Ancudiae territorii pars separetur, atque exinde nova erigatur dioecesis. De consulto igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum ac habito quoque favorabili voto venerabilis Fratris Aldi Laghi, Archiepiscopi titularis Nicaeni et Apostolici Nuntii apud Chilenam Rempublicam, suppletoque, quatenus opus sit, aliorum, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, a

dioecesi S. Caroli Ancudiae paroecias: *Puerto Montt, Puerto Varas, Puerto Octay, Cochamo, Colegual, Polixones, Las Quemas del Santo, Panitao, Piedra Azul, Calbuco, Puluqui, Maullin, Huar, Rolecha, Christo Rey de Puerto Montt, Frutillar, Rio Frio* et *San Ignacio de Puerto Montt* distrahimus atque seiungimus, earumque paroeciarum territorium in novam erigimus et constituimus dioecesim, *Portus Montt* nuncupandam. Fines autem novae istius dioecesis hi erunt: *ad septentrionem*, linea parallela gradus 41, praeter paroeciam *Octay* cum adnexo territorio et cappellam *Casma; ad orientem, Andes* montium catena; *ad meridiem,* rivus qui, a montibus *Andes* erumpens, una cum aliis fluminibus influentibus, lacunam *Cuerno* efformat, et flumen *Renihue,* quod in aestuarium eiusdem nominis influit; *ad occidentem,* praesentes limites inter *Llanquihue* provinciam et insulas quae ad ipsam pertinent, atque insulas *Aptao.* Sedem vero dioecesis in urbe *Puerto Montt,* a qua ipsa nomen mutuatur, statuimus et Episcopi cathedram in ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo dicata, in eadem urbe exstante, figimus, quam proinde ad cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus; illi autem atque pro tempore Episcopis Portus Montt omnia tribuimus iura et privilegia, insignia, honores, favores et gratias, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae et Episcopi iure communi fruuntur, iisdem eos adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceterae Cathedrales et earum Praesules adstringuntur. Dioecesim porro Portus Montt suffraganeam constituimus Ecclesiae Ss. Conceptionis, quam alteris Nostris Litteris in Metropolitanam proxime erigemus; illiusque pro tempore Episcopos metropolitico iuri futuri Archiepiscopi Ss. Conceptionis subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta non permittant quominus in nova hac dioecesi Canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Volumus insuper et mandamus ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Seminarium in ista quoque noviter erecta dioecesi, iuxta codicis iuris canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas, erigatur; itemque ut dioecesis sumptibus bini delecti iuvenes aut modo saltem unus in Pontificium Seminarium Pium Latinum de Urbe non intermissa vice mittantur, qui sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod autem attinet ad dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod vero ad clerum

praecipue spectat statuimus, ut simul ac Litterae de novae dioecesis istius erectione ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso censeantur eidem adscripti clerici illi qui in eius territorio legitime degunt. Episcopalem autem mensam constituent Curiae emolumenta et oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum dioecesis erecta est, praeberi solent, praeter quae ad hunc finem iam collecta sunt. Quoad vero bonorum ecclesiasticorum dioecesanorum divisionem, haec suo tempore aeque peragenda erit, et Sanctae Sedi adprobanda. Omnia vero documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos ac fideles respiciunt, a dioecesis S. Caroli Ancudiae cancellaria novae dioecesis Portus Montt Curiae quam primum fieri poterit tradantur, ut in eius archivo diligenter serventur. Ad quae omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Aldum Laghi, apud Chilenam Rempublicam Nuntium Nostrum, deligimus, eidemque facultates tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus facimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse ; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus ; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, subiectionis, decreti, concessionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario atten-

tare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo nono, die prima mensis Aprilis, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 14. – Al. Trussardi.

II

ALLAHABADENSIS ET AGRAENSIS (LUCKNOWENSIS)

AB ARCHIDIOECESI AGRAENSI ET A DIOECESI ALLAHABADENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « LUCKNOWENSIS » NUNCUPANDA, METROPOLITANAE ECCLESIAE AGRAENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo dominicus grex e Pastorum regimine uberiores percipiat fructus et in regionibus nondum evangelica luce penitus conlustratis christiana religio facilius citiusque possit propagari, haud dubie valde prodest nimis amplas dioeceses in partes dividere, ut novae constituantur, aliis concredendae Antistitibus. Cum itaque Dioecesis Allahabadensis in Indiis Orientalibus tam late pateat ut ab uno, vel diligentissimo, Praesule utiliter regi queat, Nos, prae oculis habentes consilium iam ab anno millesimo nongentesimo trigesimo sexto a venerabili Fratre Ioseph Angelo Poli, Episcopo Allahabadensi, huic S. Sedi propositum et, annuente quoque Ordinario Agraensi, a venerabili Fratre Leone Petro Kierkels, Archiepiscopo titulari Salaminensi et in Indiis Orientalibus Delegato Apostolico, confirmatum, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, novam in regione illa dioecesim constituere et ecclesiasticam ibidem paulum immutare circumscriptionem censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum, si qui sint, quorum intersit,

vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a dioecesis Allahabadensis territorio partem, districta civilia de *Lucknow, Unao, Barabauki, Gouda, Hardoi, Sitapur, Bahraich, Kheri, Nainital, Almora,* complectentem, atque ab Archidioecesi Agraensi districta civilia de *Shahjahanpur* et de *Pilibhit* seiungimus, atque ex ita avulso territorio novam erigimus et constituimus Dioecesim, quam a *Lucknow* urbe « *Lucknowensem* » nuncupari volumus et decernimus. Novam hanc dioecesim Ordini Fratrum Minorum Capulatorum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus, certam foventes spem eiusdem Ordinis sodales, qui iam illic Evangelium studiose praedicant, sollertem ad hoc suam operam etiam in posterum daturos. Quo vero inter novam Dioecesim Lucknowensem et Archidioecesim Agraensem fines certiores evadant, statuimus ut Archidioecesi Agraensi adnexa habeantur integra territoria districtuum de *Garhwaal, Bijnor, Moradabad, Rampur, Bareilly, Budaun* et *Farrukabad.* Nuper erectae Dioecesis sedem episcopalem constituimus in *Lucknow,* a qua Dioecesis ipsa nomen mutuatur, et quam proinde ad civitatis episcopalis fastigium evehimus. Episcopi vero cathedram in ecclesia Deo in honorem S. Ioseph dicata, in eadem urbe exstante, figimus; quam propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem extollimus eidemque igitur et Lucknowensibus pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur, itemque eos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Episcopi adstringuntur. Novam porro Lucknowensem Dioecesim suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Agraensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Agraensis iuri subiicimus. Donec autem Canonicorum Capitulum erigi possit, indulgemus ut ad iuris tramitem pro Canonicis Dioecesani Consultores interim seligantur et adhibeantur. Quod autem attinet ad Seminarii dioecesani erectionem, ad ipsius Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Mandamus insuper ut documenta et acta, quae novam Dioecesim respiciunt, ab Archidioecesis Agraensis et Dioecesis Allahabadensis Cancellariis novae Dioecesis Lucknowensis Curiae quam primum tradantur, ut in eius archivo diligenter serventur. Ad quae omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem quem antea memoravimus Fratrem Leonem Petrum Kierkels, in Indiis Orientalibus Dele-

gatum Apostolicum deligimus, cui propterea tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem de Propaganda Fide quantocius transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si illi, quorum interest vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus vel Ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, assignationis, erectionis, concessionis, subiectionis, decreti, mandati, commissionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die decimasecunda mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXII, n. 61. - Al. Trussardi.

III

DE WONSAN ET DE TOKWON

(DE TOKUGEN SEU DE TOKWON - DE HANKO SEU DE HAMHEUNG)

ABBATIAE S. BENEDICTI, CONGREGATIONIS OTTILIENSIS O. S. B., IN VICARIATU APOSTOLICO DE WONSAN, EIUSDEM VICARIATUS TERRITORII PARS ASSIGNATUR ET IN ABBATIAM « NULLIUS » CONSTITUITUR SUB NOMINE « DE TOKUGEN » SEU « DE TOKWON », SIMULQUE DECERNITUR UT VICARIATUS ILLE, CLERI INDIGENAE CURIS, QUANDO RES FERET, COMMITTENDUS, « DE HANKO » SEU « DE HAMHEUNG » IN POSTERUM NUNCUPETUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Libenter Romanus Pontifex, pro supremi quo fungitur apostolatus officio, excipere satagit petitiones sibi porrectas, quae ad maius christianae plebis spirituale bonum et ad catholicam religionem latius inter infideles propagandam spectare dignoscuntur. Venerabilis siquidem Frater Bonifacius Sauer, Episcopus titularis Appiariensis, Vicariatus de Wonsan in Corea, Congregationi Ottiliensi Ordinis S. Benedicti pro Missionibus Exteris concrediti, Antistes, ab hac Apostolica Sede expostulavit ut Abbatia S. Benedicti de Tokwon seu de Tokugen, in eodem Vicariatu exstans, in Abbatiam *nullius dioecesis*, congrua ipsi territorii parte assignata, erigatur, atque Vicariatus ille, eius mutato nomine, clero indigenae opportuno tempore committi possit. Nos autem, favorabili voto praehabito tum venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi titularis Docleensis, in Iaponia Delegati Apostolici, tum dilecti Filii Chrysostomi Schmid, Archiabbatis Congregationis Ottiliensis O. S. B., de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, considerantes efflagitatam Vicariatus illius divisionem S. Sedis consiliis omnino respondere, re mature perpensa, oblatis precibus lubenti animo annuendum censuimus, eo vel magis quia divisio illa ad hoc intendat ut veluti primus gressus fiat ad tradendam, quum id fieri possit, longe maiorem Vicariatus de Wonsan partem cleri indigenae regimini, simulque provideatur aptae eiusdem cleri indigenae institutioni, quum Abbatia de Tokwon floridum in curis habeat Seminarium, in quo valeant in futuro quoque moderatores magistrique formari ad missionalis ministerii munus fructuosius exercendum. Suppleto igitur aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Abbatiam S. Benedicti de Tokwon Congregationis Ottilien-

sis O. S. B. pro Missionibus Exteris in Abbatiam nullius dioecesis evehimus, erigimus et constituimus eique territorium assignamus urbem *Gensan* seu *Wonsan* ac subpraefecturas civiles de *Ampen, Tokugen, Bunsen* et *Kogen* complectens, ad Vicariatum Apostolicum de Wonsan hucusque pertinens. Novam hanc Abbatiam *nullius* primario nomine iaponice *de Tokugen,* secundario coreanice *de Tokwon* nuncupari volumus, atque Nobis et Sedi Apostolicae immediate subiicimus. In ecclesia autem Deo dicata in honorem S. Benedicti, in loco *Tokwon* exstante, Abbatis pro tempore sedem constituimus, eamdemque propterea ecclesiam ad Ecclesiae abbatialis *nullius* gradum et dignitatem evehimus. Eidem igitur Abbatiae *nullius* eiusque pro tempore Abbatibus omnia concedimus iura et privilegia, honores et insignia quae ceteris Abbatiis *nullius* Ordinis S. Benedicti earumque pro tempore Praesulibus sunt communia quibusve apostolico indulto frui solent, iis tamen exceptis, quae Cathedralium Ecclesiarum Episcopis sunt propria; itemque Abbatiae illi eiusque Antistiti omnia imponimus obligationes et onera quibus ceteri adstringuntur. Abbatiae de Tokugen seu de Tokwon Abbas per eiusdem Abbatiae monachos in Capitulum coactos ad Constitutionum Congregationis Ottiliensis O. S. B. pro Missionibus Exteris normam erit in posterum eligendus; ipsa tamen electio valida non erit nisi prius ab Apostolica Sede rata habita et confirmata fuerit. Huic tamen legi pro hac vice derogantes, in primum eiusdem Abbatiae *nullius* Abbatem Nos ipsi venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Bonifacium Sauer, qui modo Abbatiam S. Benedicti de Tokwon regit, apostolica auctoritate constituimus. Quod autem attinet ad Capituli Abbatialis institutionem eiusque privilegia et onera, ad fidelium iura et obligationes, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Decernimus insuper ut Vicariatus Apostolicus de Wonsan, territorii parte quam supra diximus imminutus, ab urbe quam iaponice *Hanko,* coreanice *Hamheung* audit, primario nomine *de Hanko* seu *Hankoënsis,* secundario de *Hamheung* seu *Hamheungensis* in posterum nuncupetur; eumque clero ex ipsa natione Coreana orto, quando res feret, committendum statuimus, probe noscentes id ad Christi Evangelium facilius inter infideles diffundendum non parum profuturum. Interim vero eiusdem Vicariatus administrationem Abbati pro tempore *nullius* de Tokugen concreditam volumus, ideoque praefatum venerabilem Fratrem Bonifacium Sauer, usque nunc Vicarium Apostolicum de Wonsan, de Missione illa optime meritum, Administratorem Apostolicum Vicariatus de Hanko seu de Hamheung per easdem praesentes Litteras renunciamus. Ad quae omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venera-

bilem Fratrem Paulum Marella, Archiepiscopum titularem Docleensem, Delegatum Apostolicum in Iaponia, deligimus eique propterea omnes tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae executionis actorum exemplar ad S. Congregationem de Propaganda Fide quantocius transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane volumus ac decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, mutationis, decreti, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die decimasecunda mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Hannibal Franciscus Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
Reg. in Canc. Ap., vol. LXII, n. 68. – Al. Trussardi.

IV

MYSURIENSIS-COIMBATORENSIS
(BANGALORENSIS)

DIOECESIS MYSURIENSIS TERRITORII PARS SEIUNGITUR ET NOVA ERIGITUR DIOECESIS, « BANGALORENSIS » NUNCUPANDA, METROPOLITANAE ECCLESIAE PONDICHERIENSI SUFFRAGANEA : DIOECESI MYSURIENSI QUAEDAM ADIUNGUNTUR TERRITORIA E DIOECESI COIMBATORENSI DISMEMBRATA ET IPSA DIOECESIS COIMBATORENSIS CLERI INDIGENAE CURIS COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Felicius increscente in dies catholico nomine in Indiarum Orientalium regno Mysuriensi, peropportunum visum est dioecesium Coimbatorensis et Mysuriensis territorium aliter circumscribere novamque ibi dioecesim constituere alius Antistitis curis et regimini concredandam. Nos vero, qui, omnium Ecclesiarum sollicitudinem habentes, omni studio curare debemus ut dominici gregis curae et regimini meliore quo fieri possit modo consulatur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Nomini Christiano Propagando praepositorum consilio, praehabito venerabilis Fratris Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi tiularis Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, favorabili voto, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, a praefata dioecesi Mysuriensi territorium seiungimus civiles districtus complectens de *Bangalore, Kolar, Tumkur* et *Chitaldrug* illudque in novam erigimus et constituimus dioecesim, quam *Bangalorensem* nuncupari decernimus. Sedem autem episcopalem novae huius dioecesis in *Bangalore* urbe, a qua dioecesis ipsa mutuatur nomen, figimus, eamque proinde ad civitatis episcopalis gradum evehimus. Episcopi vero cathedram in ecclesia Deo in honorem S. Francisci Xaverii dicata, in eadem urbe exstante, in monte S. Ioannis, constituimus, et illam ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem extollimus; ipsique et Bangalorensibus pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur; itemque iisdem eos adstringimus oneribus, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Novam porro dioe-

cesim Bangalorensem metropolitanae Ecclesiae Pondicheriensis suffraganeam constituimus, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Pondicheriensis iuri subiicimus. Donec autem Canonicorum Capitulum erigi possit, indulgemus ut ad iuris tramitem pro Canonicis Dioecesani Consultores interim eligantur et adhibeantur. Quod vero ad Seminarii dioecesani erectionem, ad dioecesis administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi attinet, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Mandamus insuper ut documenta et acta quae novam dioecesim respiciunt, a dioecesis Mysuriensis Cancellaria ad dioecesis Bangalorensis Curiam quamprimum tradantur, ut in eius archivo diligenter serventur. Dioecesi vero Mysuriensi, territorio uti supra imminutae, territorium adiungimus ad finitimam dioecesim Coimbatorensem spectantem, quod ad septentrionem situm est *Bhavani* fluminis eiusque affluentis *Moyar,* atque districtum civilem de Nilgiris. Dioecesim porro Coimbatorensem sic imminutam cleri indigenae curis committimus, certam foventes spem id ad catholicam fidem ibidem prolatandam quam maxime profuturum. Quum autem Episcopi Mysuriensis cathedra in ecclesia S. Patritii *Bangalore* in urbe hucusque exstiterit, decernimus ut ipsa in ecclesiam Deo in honorem S. Ioseph et S. Philumenae dicatam, in urbe *Mysore* exstantem, posthac transferatur, cum omnibus iuribus, privilegiis, honoribus, insignibus, nec non oneribus, quae ceteris cathedralibus iure communi adnexa sunt. Cathedralis insuper Ecclesiae Bangalorensis, ut supra erectae et circumscriptae, venerabilem Fratrem Mauritium Bernardum Despatures primum Episcopum constituimus, quem proinde a vinculo Mysuriensis Ecclesiae, cui hucusque praefuit Episcopus, apostolicae potestatis plenitudine absolvimus. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Leonem Petrum Kierkels, Archiepiscopum titularem Salaminensem et in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deligimus eique propterea facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem de Propaganda Fide quantocius transmittendi. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse iubemus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuslibet, etiam speciali

mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, subiectionis, translationis, decreti, mandati, commissionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo, die tertia decima mensis Februarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Colleyii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LXIII, n. 2. – **Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIS DEI FAMULA PHILIPPINA DUCHESNE, E SOCIETATE SORORUM A SACRO CORDE IESU, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Caritatem Deus ita in multos Christi asseclas mirabiliter et providenter ordinavit, ut divinas repromissiones ipsi «*a longe aspicientes et salutantes et confitentes, quia peregrini et hospites sunt supra terram*» (Hebr., XI, 13) omnia mundi et patriae et familiae delectamenta atque affectus prorsus spernerent; absolutam et simplicem fidem et quae nullam controversiam haberet humiliter acciperent; corde iugiter puro ac tenaci voluntate missionariis laboribus, in quos indesinenter incubuerint, spetis omnibus difficultatibus vitaeque discriminibus, inter apostolicos Christi operarios et quidem heroico nomine iure adnumerarentur. Alii aliter inter eos

fortissimi Christi milites propriam etiam vitam martyres obtulerunt; alii aliter ad propagationem fidei faciendam in barbaris dissitisque regionibus, bonum semen seminantes et non metentes fructum, a subsequentibus inde conligendum, molestias omne genus tribulationesque sustinere propter Iesu dilectionem non timuerunt. Hisce quoque proximioribus tempestatibus missionarii adhuc et sorores, non modo nempe validi viri sed et debiles feminae, ad regnum Christi per orbem dilatandum, nobis omnibus exempla relinquentes conspicua, asperam sibi elegerunt vitam laboribus plenam, itinera periculis referta, nec non a patria atque a caris longissima, viriliter perfecerunt! E mulierum huiusmodi numero, quas aliquando Deus pro bono Ecclesiae provide suscitat et gratia sua roborat, sine ulla dubitatione etiam habenda est Venerabilis Dei Serva Philippina Duchesne, quae post transactos iuveniles annos in Galliae finibus, teterrimae ac miserandae seditionis temporibus omniumque tum sacrarum tum publicarum rerum eversionis quae labente saeculo decimo octavo est per Galliam exorta, se contulit apud gentes, tunc barbaras adhuc, Americae Septentrionalis, ibique in animarum salutem apostolica fortitudine atque abnegatione, quae ad catholicas missiones constituendas firmandasque propriae sunt, triginta quattuor annos impigre incubuit. Ex honestis et satis divitibus parentibus civium omnium existimatione exornatis, die vicesima nona mensis Augusti, anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono, intra fines civitatis et dioecesis Gratianopolitanae nata est Rosa Philippina Duchesne, quae ab ipsa pueritia quodammodo ostendit animi ingeniique sui dotes ac praesertim voluntatis tenacitatem, gentis suae propriam, qua firmiter postea vocationis suae res gestaque explevit. Ab ore piae genetricis, quae pietate insignis optime filios instituere studuit, prima religionis et christianarum virtutum rudimenta didicit; atque iam a teneris annis non modo singulari in Deum pietate enituit, sed spiritu quoque caritatis erga proximum, ea omnia in pauperes erogans, quae a parentibus dono forte acceperit. A pueritiae ludis aliena, puella adhuc historicis antiquitatis narrationibus ac praesertim missionariis ita se recreabat, ut duros etiam casus martyriumque missionariorum aliquando exoptaret. Undecim vix annos nata, gratianopolitanum Monasterium Sanctae Mariae ab Alto ingressa est, ut eiusdem asceterii a Visitatione monialium institutioni committereur; ibique Philippina ceteras inter alumnas simplex, iugiterque docilis atque obediens moderatricibus aliquod tempus transegit; eodemque in loco cum ad Sacram Eucharistiam primum accederet iam ad religiosam vitam se sensit vehementer vocari; neque parentibus pium propositum suum

occultavit. Re autem cognita, aegre ferentes quod filia sibi proposuerat, genitores statim illam e monasterio deduxerunt, ut studiis, prout familiae condicio postulabat, domi potius vacaret. Providum verum esse huiusmodi domesticum alumnatum ea, quae in puellis instituendis a Dei Famula erant postea agenda, plane demonstrant. Fructuose enim in bonas artes discendas tunc sedula incubuit; acre quidem, tenax subitumque ingenium sortita erat. In suo sancto consilio nihilominus perseverans proptereaque nuptias sibi a parentibus propositas recusans, quodam tandem die, decimum septimum aetatis annum agens, tam patre quam matre inscientibus, supra laudatum Sanctae Mariae de Alto Monasterium, comitante matertera, petiit; ibique ut se illibatam Domino Iesu servaret, in suam nolens domum amplius reverti, apud moniales Visitationis firmo animo mansit. Anno igitur millesimo septingentesimo octogesimo septimo Philippina in probandarum numerum admissa, maxima animi sui laetitia, religiosum Visitationis habitum induit; singularique pietate dein, perfecta Regularum observantia, caritate in Deum, sui ipsius contemptu, propriam naturam nimis fortem coërcens, decem et octo per menses novitiatum egit; sed, ad emittenda vota sollemnia iam iam proxima, ob alienissimum tempus Gallicae Revolutionis incipientis ut voluntati genitoris pareret ad domum paternam redire coacta est. Religioso proinde habitu, non tamen suo vivendi more, dimisso, dum vesanus eversorum rerum omnium furor exardebat, veterumque persecutionum tempora renovari videbantur, eademque Gratianopolitana Sanctae Mariae de Alto domus monialibus destituta in ruinam prolabebatur, Dei Famula caritatis religionisque operibus se totam animose dedit. Spreto sane periculo omni, pueros rudimenta catholicae Fidei edocere, captivos invisere eisdemque temporalia vel spiritualia subsidia praebere, sacerdotes in carcere detentos aut clam sacra operantes auxiliari tunc assidue nisa est. Saeva autem temporum hominumque procella tandem aliquando placata, Philippina, cum, familiarium auctoritate adiuvante, dilectum a Visitatione monasterium sibi vindicaverit in eodemque, tunc sumptibus suis reparato, antiquam monialium congregationem instaurare frustra tentaverit, se ipsam monasteriumque suum obtulit Sanctae instituti Sororum a Sacro Corde Iesu fundatrici Magdalenae Sophiae Barat, quae mense Decembri anno millesimo octingentesimo tertio, utrumque donum provide excipiens, gratianopolitanam Sanctae Mariae domum occupavit, statim ibi constituens Instituti sui novitiatum, quem ipsamet ad annum moderata est. Novi Instituti naturam ex renuntiatione sui ipsius, e passionum mortificatione, ex assidua oratione, ex intima cum Sacro Corde unione deprom-

ptam, illico Philippina intellexit, totisque viribus Sanctae Institutricis consilia ac monita ad unguem secuta, curis eiusdem respondere conata est. Tirocinio confecto votisque nuncupatis mense Decembri, anno millesimo octingentesimo octavo, Societatis a Sacro Corde Iesu Venerabilis Dei Famula laboribus sese devovit; iamque tunc temporis, praefractam a maioribus suis receptam naturam constantissime domans, caritatis humilitatisque exemplar visa est. Post aliquot annos, Gratianopoli ad Sanctae Mariae de Alto transactos, Parisiis a secretis Instituti munere functa est in domo principe; ibique ad inchoandam fundationem stabiliendamque in amplissima Americae Septentrionalis regione, quam tum « Luisianam » nuncupabant, a Moderatrice Generali electa est. Ita profecto ardentis sui desiderii, quod una cum devotione erga Sanctos Franciscum Xaverium et Ioannem Franciscum Regis inde ab infantia conceperat, dissitas adeundi regiones ut infidelibus Evangelium praedicaret, quodque Sanctae Fundatrici iam religiosis vix emissis votis manifestaverat, tandem Ven. Dei Serva compos facta est; ac propterea a Burdigala Sabbato Sancto a. millesimi octingentesimi decimi octavi cum aliquibus sodalibus profecta, gravem diuturnumque post cursum die festo Sacratissimi Cordis Iesu in Americanas pervenit plagas, quas quattuor supra triginta annos, uti iam diximus, non modo suis magnis laboribus sed instituto quoque vitae suae mirabili inlustratura esset. Ardua equidem fuerunt initia, quibus tamen haud impar fuit Dei Famula, quae dolores ac labores, pergelidas hiemes et durissimam inopiam ipsa prima sustinens, suo exemplo consocias firmavit, tantique animi constantia sese pro aliis profudit ut saepe saepius morbo etiam gravissimo corriperetur. Variis in locis incultis adhuc atque inhospitalibus Serva Dei plures erexit domos tum puellis instituendis tum novitiis regionis nativis pro sua Societate efformandis; sed cum eidem, quasi provinciae moderatrici, onus exinde spectaret auctas numero aedes visitandi, suum ipsa munus quamvis difficultatibus plenum optime gessit; neque amplissimae et imperviae regiones, neque noxiae paludes, neque caeli intemperies detinere unquam poterant Venerabilem Dei Ancillam, quae usque ad senectutem officia sua indefesse obivit. Nova autem generali Societatis pro America Adsistenti electa, Venerabilis Dei Famula, tantummodo domui praeposita de « Florissant », ibidem pauperrimam cellam habitans, tritam vestem induens, cibi puellarum reliquiis se sustentans, calceamenta habitusque sarcens, aegrotis assidens, totumque animum in serviendum Deo intendens, austeram et poenitentem vitam egit. Tandem ad Indios Potowatomios evangelizandos cum quibusdam aliis e sua congregatione sororibus in illorum regionem se con-

tulit; hasque inter gentes tantam sibi sanctitatis existimationem conciliavit, ut non aliter ab Indiis vocaretur quam « mulier quae semper orat ». Ingravescente vero aetate, septuagesimum enim tertium annum expleverat, cum graviter aegrotaret Dei Famula ad Sancti Caroli domum, ubi nempe tantos iam ante annos suum frugiferum opus aggressa erat primamque Societatis sororum a Sacro Corde Iesu sedem constituerat, reverti coacta est. Piis postea meditationibus tota die intenta, patiens in infirmitatibus, constans in mortificationibus ad diem usque decimum octavum mensis Novembris anno millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo vixit, quum octogesimum quartum aetatis annum agens, Ecclesiae sacramentis refecta, piissime ac sanctissime obiit. Pretiosa in conspectu Domini morte virginis missionariae commota, non modo e Sancti Caroli sed etiam e Sancti Ludovici longinqua urbe civium, qui eiusdem Famulae Dei sanctitatem praedicabant, multitudo ingens ad ipsius funus religiose occurrit. Neque ex ipso mortis tempore sanctitatis fama, qua vulgo Serva Dei fruebatur, unquam deferbuit; fulcita quidem inclito Sanctae Magdalenae Sophiae Barat Societatis Sororum a Sacro Corde fundatricis testimonio, huiusmodi fama non solum nobis integra transmissa est ab omnibus qui memorias Venerabilis magna pietate studioque servarunt, sed immo vividior in dies facta est. Nil mirum propterea si Ordinaria auctoritate processus de more acti, recolendae memoriae Pius Pp. X anno millesimo nongentesimo nono manu propria die nona mensis Decembris Introductionis Causae Commissionem signaverit. Inquisitionibus igitur iudicialibus in Venerabilis Famulae Dei vitam resque gestas apostolica auctoritate tam in Urbe quam in civitate Sancti Ludovici ad iuris normam expletis, ceterisque omnibus rite absolutis, rec. mem. Pius Pp. XI, cum mox etiam super Venerabilis Servae Dei virtutibus disceptari coeptum sit, decreto sextodecimo kalendas Aprilis anno millesimo nongentesimo tricesimo quinto edito, Venerabilis Dei Famulae Philippinae Duchesne virtutes heroicum attigisse fastigium declaravit. Postea quaestio suscepta est de miraculis, quae, ipsa virgine intercedente, patrata a Deo ferebantur; cumque eadem vera atque explorata fuerint renuntiata, Nos, rebus omnibus acerrimo iudicio ponderatis, post antepraeparatoriam Congregationem nempe ac praeparatoriam, nec non aliam Generalem Congregationem, quae coram Nobis die decimasecunda mensis Decembris praeterito anno habita est, per decretum quinto kalendas Februarii vertentis anni editum de duobus miraculis constare ediximus, ulteriusque proinde in casu procedi posse. Illud itaque discutiendum superererat num Venerabilis Ancilla Dei inter Beatos coelites recensenda tuto foret. Hoc du-

bium propositum est a Venerabili Fratre Nostro Carolo S. R. E. Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo, loco et vice Dilecti Filii Nostri Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Boetto, Causae Ponentis seu Relatoris, in generali Sacrae Rituum Congregationis coetu coram Nobis habito die tertiadecima mensis Februarii, volventis anni, omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi tum qui aderant Patres Consultores unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus praecesque iterandas esse censuimus, ut ad sententiam in tam gravi negotio ferendam caeleste auxilium Nobis compararemus. Quod cum impense fecissemus, tandem die vicesima quinta mensis Februarii nempe Dominica tertia in Quadragesima, hoc ipso anno, Eucharistico Sacro rite litato, accitis S. R. E. Cardinalibus Carolo Salotti Congregationis Rituum Praefecto et Petro Boetto, Ianuensium Archiepiscopo, Causae Relatore, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, enunciatae Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Generali Fidei Promotore, *tuto* procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servae Dei Philippinae Duchesne Beatificationem auctoritate Nostra pronunciavimus. Quae cum ita sint, Societatis Sororum a Sacro Corde Iesu vota implentes, praesentium Litterarum tenore, Apostolica Nostra auctoritate facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famula Philippina Duchesne, e praedicta Sororum Societate, BEATAE titulo in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac lipsana seu reliquiae, quae tamen sollemnibus in supplicationibus non sunt deferenda, publicae Christifidelium venerationi proponantur; itemque permittimus ut eiusdem Servae Dei imagines radiis decorentur. Praeterea pari auctoritate Nostra concedimus ut de ea quotannis recitetur Officium de Communi Virginum cum lectionibus propriis per Nos adprobatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis per Nos pariter adprobatis celebretur, servatis rubricis; sed tamen in dioecesi Gratianopolitana tantum cum in eadem civitate nata sit Famula Dei, atque in archidioecesi Sancti Ludovici cum inibi ipsa ad Dominum migraverit; nec non in templis seu sacellis ubique terrarum sitis, quae ad Societatem Sororum a Sacro Corde Iesu pertineant, ab omnibus fidelibus tam saecularibus quam religiosis qui horas canonicas recitare teneantur; et, quod ad Missas attinet, ab omnibus presbyteris ad templa seu sacella memorata, in quibus Beatae eiusdem festum agatur, convenientibus. Denique largimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Philippinae Duchesne, servandis servatis, supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriar-

chali Basilica Vaticana peracta fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque enunciatae Congregationis sigillo munita, eadem prorsus fides etiam in iudicialibus disceptationibus adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII m. Maii, an. MCMXL, Pontificatus Nostri secundo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

II

VENERABILIS DEI SERVA IOACHIMA DE VEDRUNA, VIDUA DE MAS, INSTITUTI CARMELITARUM A CARITATE FUNDATRIX, BEATA RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad Religiosas Familias in Ecclesia constituendas pro rerum ac temporum necessitate provide suscitat Deus singularibus identidem virtutibus praeditos Iesu Nostri Redemptoris asseclas, qui ad bonum christifidelium omnium tuendum provehendumque, sodalibus sibi religionis amore addictis atque instituto communium regularum coniunctis, veluti cohortes efforment christianae militiae illius, quae per arduas terrenas vias non armis bellicis instructa sed caritatis tantum pacisque operibus alios homines, naturae mundique malignitate impedimentisque eversis, ad caelum adducere nititur. Huiusmodi vero inter religiosorum coetuum conditores, cum Spiritus ubi vult spiret, e quocumque nostrae hominum societatis ordine classique Dominus vocat eos, qui, sive divites sive pauperes, sive humili orti genere sive nobili, uti lucernae super modium positae, vita, qua in exemplum enitent, inceptis quae Deo auxiliante aggrediuntur, omnibus lucent. Horum in numero computanda quoque est Instituti Sororum Carmelitarum a Caritate Fundatrix, Ioachima de Vedruna de Mas, quae, variis vitae quam duxit rationibus, qua puella, qua sponsa, qua mater, qua vidua peculiares, quibus Deus ipsam cumulavit gratias continenter ostendit, qua denique Instituti sui auctor nil aliud quaesivit ac voluit, caritate tantum erga proximum succensa, quam infirmis praesto esse atque egenas puellas recte instituere. Barcinonensis dioecesis et civitatis intra fines anno millesimo septingentesimo octogesimo tertio ortum duxit Ioachima et die sextadecima mensis Apri-

lis anni eiusdem Sacro Baptismate abluta est. Parentes illi fuerunt Laurentius de Vedruna et Theresia Vidal, nobilitate quidem ambo, sed religionis etiam pietate morumque probitate commendati. Constat adhuc puerulam Dei Servam puerilia quaeque fastidisse, iamque egregiis virtutibus, docilitate praesertim atque oboedientia erga parentes enituisse, deque cotidianis pietatis religionisque exercitiis ita sollicitam sese ostendisse, ut novem vix annos nata, singulari laetitia perfusa, ad Sacram Synaxim prima vice accesserit. Adolescens innocentia vitae ingeniique suavitate emicuit, indefessa laboribus, condicioni familiari suae congruentibus, atque oratione, iugiter quae Dei sunt cogitans ut corpore et spiritu sancta esset. Postea, quamvis a nuptiis esset aliena, immo duodecim annos nata Deo inservire et inter Moniales Carmelitas adscisci valde exoptaret et frustra etiam tentaverit, tamen, conlatis quoque consiliis cum spirituali suo moderatore, ne voluntati contradiceret patris, anno millesimo septingentesimo nonagesimo nono, nobili atque optimo viro vicensi Theodoro de Mas nupsit, quem eidem parentes proposuerant. In matrimonio iuncta, a saeculi vanitatibus rebusque, quantum licuit, abhorruit, subdita plane viro, uxoris ac matris munia diligentissime adimplevit, novem ex coniugio filios habuit eosque religiosis civilibusque moribus felici successu educavit. Sexdecim post annos, orbata viro, rei familiaris filiorumque curam totis viribus suscepit, aequo animo et Deo confisa molestias tolerans, quas bonorum etiam temporalium causa a cognatione viri sui accepit. Vicensem dein prope urbem una cum natis sese recipiens ad proprium locum « Manso Escorial » nuncupatum, cum maternis officiis iure dedita filiorum bono iam plene providisset, de novo Instituto condendo pro puellis pauperibus educandis ac pro infirmorum derelictorumque cura gerenda cogitare coepit. Enimvero puella adhuc desiderium, uti diximus, excoluerat religiosam vitam amplectendi, et innupta iuvenis misericordia erga pauperes egenosque ornata eos quantum potuit sublevaverat; dein sive Barcinone post obitum viri sui, sive Vicensi in urbe toto animo ad caritatis opera peragenda intenta fuit, in xenodochiis viliorem etiam famulatum aegrotis miseribusque praestans, spretis viriliter clamoribus, censuris verbisque contumeliosis, quibus hac de causa alii coetus eiusdem illam onerabant. Humilia valde et difficilia Instituti condendi exordia fuerunt. Nonnullis sane secum assumptis pauperrimis quidem sed piis mulieribus Venerabilis Dei Famula, adprobante Vicensium Episcopo, suam novam religiosarum familiam sub Carmelitarum a Caritate titulo, duplici eidem praestituto fine, puellarum nempe educatione atque infirmorum cura, constituit, antea in praefata viri sui defuncti domo

extra muros Vicensis civitatis, et paulo post in altera magis apta atque intra ipsam urbem conducta aede, ut una cum sodalibus sive in domibus sive in nosocomiis munera sibi proposita facilius explere posset. Ad Congregationem vero suam, quam anno millesimo octingentesimo vicesimo sexto iniverat, firmandam totis viribus Ioachima se postea dedit; quodque ei vita fuit totum propterea impendit in illam recte moderandam atque amplificandam; quoniam plures Instituti domus, petentibus locorum Ordinariis et civitatum Praesidibus, non modo in Catalaunia sed in ceteris Hispaniae provinciis brevi stabilitae sunt. At mira huiusmodi propagatio ab inclito praesertim prudentique regimine procul dubio repetenda est Venerabilis Dei Famulae, quae, in gravi moderatricis generalis munere usque ad mortem obeundo, semper matrem diligentissimam et vigilantem se praebuit sociis, et licet e nobili ac divite genere nata, paupertatem atque humilitatem adeo dilexit, ut pauperem sese in exemplum fecerit. Multas vero diversasque adversitates pia Dei Famula difficillimis temporibus sustinuit; carcerem quoque exiliumque passa, cum exorto in Hispania civili bello coacta fuerit una cum sororibus suis Galliam petere, ibique ad tempus permanere. Extincto vero hispanico bello in patriam se sororesque Instituti sui Ioachima reduxit, continenter ibi studens sodalibus perspicua relinquere exempla virtutum, quibus exornabatur, sive in caritate erga proximos, sive in sollertia bonorum operum, sive in sui ipsius abnegatione, sive in regularis disciplinae atque obedientiae observantia, sive denique in obsequio erga ecclesiasticas potestates atque in fidelitate praesertim erga Sanctam Sedem; quae temporibus Decessorum Nostrorum fel. recordationis Pii Pp. IX et Leonis Pp. XIII Institutum eiusdemque Constitutiones adprobatione sua penitus munivit. Sua itaque munia assidue gerens, Dei Famula, aetate senescente, continentibus laboribus atque etiam corporis infirmitate vexata, ad mortem iam iam appropinquabat. Nam anno millesimo octingentesimo quadragesimo nono apoplectico morbo tentari coepit ita ut officio Moderatricis Generalis amplius fungi nequiret, ac sociam ad vices suas gerendas in totius Congregationis regimine mox sibi assumere coacta sit. Eadem autem infirmitate graviter laborans Serva Dei in domum a Caritate Barcinonensem se contulit, ibique etiam cholerica lue, quae anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto civitatem Barcinonensem vastabat, affecta, imminentem e vita discessum praesentiens omnia Ecclesiae Sacramenta magno fervore suscepit, atque unum et septuaginta annos agens die octavo supra vicesimum mensis Augusti religiosissime migravit ad Dominum. Venerabilis Dei Famulae cor-

pus tres dies Barcinone mansit expositum; illudque, quod frequentissimi cives ob sanctitatis famam, qua vivens adhuc Ioachima fruebatur, pie inviserunt, post funus communis coemeterii Barcinonensis humatum est in privato Congregationis loculo; a quo tamen anno millesimo octingentesimo octogesimo primo in domum principem Vicensem Carmelitarum a Caritate translatum est, ibique in crypta sacelli Sancti Raphaëlis Archangeli, quod exstat in eiusdem domus viridario, sancte repositum. Ex ipso quidem tempore obitus ad nostros usque dies fama sanctitatis Famulae Dei magis magisque increvit, adeo ut Ordinaria auctoritate processus initi ac de more confecti sint, ac die quartadecima mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo recolendae memoriae Benedictus Pp. XV Decessor Noster Introductionis Causae Commissionem manu propria signaverit; eademque, introducta cum fuerit, minoribus interea superatis iudiciis tam Alma in urbe quam Barcinone et Vici, ita deinceps progressa est, ut mox etiam super Venerabilis Famulae Dei Ioachimae de Vedruna de Mas virtutibus disceptari coeptum sit, quas tanquam heroica qualitate praeditas atque exornatas Decessor Noster Pius Pp. XI fel. record. anno millesimo nongentesimo trigesimo quinto die sextadecima mensis Iunii adprobavit atque edixit. Agitata dein quaestione de duobus miraculis quae a Deo patrata ferebantur per eiusdem Venerabilis intercessionem, post duas Congregationes, antepraeparatoriam nempe ac praeparatoriam, nec non aliam generalem Congregationem, quae coram Nobis die nona mensis Ianuarii huius anni habita est, rebus omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi die vicesima octava memorati mensis, nempe Dominica in Sexagesima, declaravimus proposita miracula constare, proindeque in casu ulterius procedi posse. Cum igitur esset de heroicis virtutibus deque miraculis prolatum iudicium, illud tantum discutiendum supererat, num Venerabilis eadem Serva Dei inter Beatos coelites recensenda tuto foret. Hoc dubium propositum est a Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino, hodierno Causae Relatore, in generalibus comitiis coram Nobis habitis die tertia decima mensis Februarii, vertentis anni; omnesque qui aderant, tam Cardinales quam Sacrorum Rituum Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Nos autem in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus donec enixis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem die vicesima quinta mensis Februarii memorati, tertia nempe Quadragesimae Dominica, Eucharistico Sacro rite litato, adstantibus Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali

Episcopo Praenestino, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, itemque Causae Relatore seu Ponente, nec non dilectis filiis Alphonso Carinci, Congregationis Rituum a Secretis, et Salvatore Natucci, generali Sanctae Fidei promotore, procedi *tuto* posse sancivimus ad Venerabilis Dei Famulae Ioachimae de Vedruna de Mas beatificationem. Quae cum ita sint, Instituti praesertim Carmelitarum a Caritate vota implentes, Apostolica auctoritate Nostra, praesentium Litterarum tenore facultatem facimus ut eadem Venerabilis Famula Dei Ioachima de Vedruna vidua de Mas, Instituti praelaudati Carmelitarum a Caritate Fundatrix, nomine BEATAE in posterum nuncupetur, eiusdemque corpus ac lipsana seu reliquiae, non tamen sollemnibus in supplicationibus deferenda, publicae Christifidelium venerationi proponantur, itemque ut eiusdem Famulae Dei imagines radiis decorentur permittimus. Nostra praeterea auctoritate eadem concedimus ut de Beata ipsa quotannis recitetur Officium et Missa celebretur de Communi non Virginum, cum lectionibus et orationibus propriis per Nos adprobatis, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in Barcinonensi dioecesi ubi nata est Serva Dei ac migravit ad Dominum, atque in Vicensi dioecesi cum ibidem eiusdem corpus in pace quiescat; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Carmelitarum a Caritate utitur, ab omnibus fidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet ab omnibus presbyteris tam e saeculari quam e religioso clero ad templa sive sacella in quibus festum agatur convenientibus. Facultatem demum impertimur ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Ancillae Dei Ioachimae de Vedruna de Mas supradictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate designandis, intra annum, servatis servandis, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Vaticana Basilica peracta fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX m. Maii, an. MCMXXXX, Pontificatus Nostri secundo.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EXCMOS PP. DD. IOANNEM IOSEPHUM MITTY, ARCHIEPISCOPUM SANCTI FRANCISCI, IOANNEM I. CANTWEL, ARCHIEPISCOPUM ANGELORUM, CETEROSQUE EPISCOPOS IN TERRITORIO PRIMAE DIOECESIS CALIFORNIENSIS EXSTANTIBUS : SAECULO EXPLETO AB ECCLESIASTICA HIERARCHIA IN CALIFORNIA CONDITA.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Primo exeunte saeculo, postquam ecclesiastica in California hierarchia est feliciter constituta, vos quidem, ut libenter audivimus, tam faustum eventum sollemni ritu celebrandum esse censuistis. Quod sane egregium consilium, quum eo potissimum spectet, ut grata memoria recolantur tot tantaque beneficia, quae hoc temporis progressu populo isti divina contulit providentia, et filiali erga Deum pietati plane consentaneum et peculiari Nostra laude commendationeque dignum esse existimamus. Prima enimvero hierarchica ecclesiasticae rei administratio, hac haud brevi annorum serie, quot salutaria incrementa suscepit! Initio quidem una tantum condita est dioecesis; nunc vero in eodem territorio septem florent dioeceses, quarum duae ad dignitatem sedium metropolitanarum evectae sunt. Fidelium autem catholicorum numerus ex quinque millibus ad decies centena millia et ducentos fere millia increvit. Prima sacerdotum strenua manus, pauci nempe ex Ordine Fratrum Minorum missionales, facta est legio, ex mille sescentis constans sacrorum administris. Tot praeterea vigent in praesens clericorum seminaria domusque novitiatus, tot collegia et scholae et caritatis instituta, quae opes viresque suas in societatis bonum profectumque iugiter intendunt. Vere dici potest, in primae dioecesis Californiensis territorio granum sinapis, iuxta Domini parabolam, factum esse arborem ingentem. Quare, Venerabiles Fratres, dum de sacra eiusmodi faustitate, cuius iucunditate Nos suavissime perfundimur, vobis magnopere gratulamur, saecularia ipsa sollemnia Nostra auctoritate et participatione cumulamus. Pro certo autem habentes non defuturam vobis alacrem ad maiora in posterum prosequenda voluntatem, impensas preces adhibemus omnipotenti Deo, qui « multiplicabit semen vestrum et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae » (II Cor. IX, 10). Fervidis hisce omnibus paternisque votis, caelestium praenuntiam gratiarum praecipuaeque caritatis Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, itemque clero

fidelibusque vigilantiae vestrae concreditis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Iunii, anno MDCCCCXL, Pontificatus Nostri secundo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIONES

I

Summus Pontifex, die 10 mensis Augusti a. 1940, humanissimis verbis, quibus Excmus Vir Carolus Quintanilla qua Boliviae Orator extra ordinem liberis cum mandatis Litteras publicas porrexit, haec respondit.

Señor Embajador!

Después de cosechar tantos laureles, bien merecidos en vuestra carrera al servicio de la patria aun desde su más elevada Magistratura, Su Excelencia el Señor Presidente de la República de Bolivia os honra confiándoos ante Nos una misión de tanto mayor importancia cuanto más arraigados y profundos son los sentimientos católicos de vuestro pueblo.

Las manifestaciones, con que habéis querido acompañar la presentación de vuestras Credenciales, Nos confirman gratamente en la persuasión de que, por encima de todos los vaivenes de la política y de los consiguientes cambios de personas y cosas, los dirigentes de la Nación y el pueblo boliviano perseveran unánimes en el propósito de conservar y afianzar las relaciones tradicionales de confianza y amistad entre la S. Sede y la Nación boliviana.

Con singular agrado os hemos escuchado, Señor Embajador, cuando Nos decíais, que «consideráis esta misión como el más alto honor a que podíais aspirar como católico y ciudadano de una República verdaderamente cristiana»; pues esta declaración es para Nos garantía segura de que las tareas de vuestro nuevo cargo, encaminadas a promover los más elevados intereses espirituales y morales de vuestra patria, hallarán en vos aquel cariño y perseverancia en el esfuerzo, que Dios suele galardonar con feliz resultado.

Desde las elevadas y serenas cumbres de los Andes y a través del ancho Océano venís, Señor Embajador, de una Nación católica, cuya capital fue fundada con el dulce nombre de *Nuestra Señora de la Paz*.

En un momento, en que las convulsiones de una guerra tremenda atormentan la Europa, llegáis augurándoNos cordialmente la consolación del éxito a Nuestros esfuerzos y anhelos intensísimos por la paz.

Como hijo y representante de un pueblo que se siente orgulloso de la cultura católica recibida de Europa, sabéis muy bien que en la humanidad redimida por Cristo es imposible una paz verdadera fuera de los principios y normas de justicia y caridad promulgados en el Evangelio. En todo tiempo la Cátedra de Pedro se ha esforzado por lograr, que en esos supremos criterios de verdadera fraternidad humana buscaran los hombres desapasionadamente noble solución a los problemas que los dividen. Y Nos, sintiendo en estos momentos toda la gravedad del peso de Nuestro deber, declaramos, que no cesaremos de amonestar a lo mismo con paternal insistencia a todos y en especial a los que llevan sobre sus hombros la tremenda responsabilidad del porvenir de las Naciones. Pensamos con S. Agustín, que « Dios es el que dirige los principios, el desarrollo y los fines de las mismas guerras » (*De Civit. Dei,* l. VII, c. 30); y en consecuencia no dudamos que la divina Providencia sabrá obtener sus frutos espirituales y morales de la contienda: pero a la vez exhortamos a seguir la voz de la Iglesia, que con amor materno manda suplicar a Dios y amonesta a los hombres para que libren a la humanidad del azote de la guerra.

Nos complace saber que en el corazón del pueblo boliviano han hallado siempre filial acogida Nuestras llamadas a la paz y que en su clarividencia ha comprendido perfectamente la imparcialidad, desinterés y elevación de los motivos que Nos obligan a aconsejarla, conforme a los deberes santísimos de Nuestro Ministerio Apostólico; y le rogamos Nos ayude a obtenerla de Dios con sus oraciones ante la Reina de la Paz en el Santuario de la Virgen de la Candelaria.

Implorando la protección benéfica del Altísimo para el noble pueblo boliviano, os pedimos, Señor Embajador, seais intérprete, ante Su Excelencia el Señor Presidente y ante los miembros de su Gobierno, de Nuestros sinceros votos por su personal felicidad al frente de la Nación boliviana.

Y a Vos, para que estéis seguro de Nuestro benévolo apoyo en las gestiones de vuestro alto cargo y para satisfacer al deseo que Nos acabáis de manifestar, os damos de corazón y la extendemos a Nuestros amados hijos de la lejana Bolivia, la Bendición Apostólica.

II

Beatissimus Pater laborantibus in Actione Catholica, ab Excmis ac Revmis Italiae Ordinariis Romam missis atque in Vaticanis Aedibus die IV mensis Septembris a. MCMXL coadunatis, haec verba fecit.

Se a temperare le Nostre pene e i Nostri timori, onde sentiamo gravato l'animo in quest'ora aspra e pugnace di popoli, valgono i devoti affetti dei figli che vengono a Noi per comune conforto di preghiere e di speranze; grande è la Nostra gioia nell'accogliere una così eletta rappresentanza dell'Azione Cattolica Italiana, adunata intorno ai suoi Assistenti ecclesiastici, a numerosi illustri Presuli, allo zelante Vescovo Direttore generale, al Signor Cardinale Nostro diletto Segretario di Stato, al venerando Signor Cardinale Decano, e ai Signori Cardinali componenti la speciale e altamente benemerita Commissione, di cui il degnissimo Presidente si è fatto eloquente interprete. In quest'Opera di tanto largo nome Ci è dolce e grato il salutare la cara e preziosa eredità lasciataCi, come figlia prediletta dell'acceso suo zelo per l'incremento della vita cristiana, dall'incomparabile e sapiente Nostro Predecessore. Perchè, se la fede e la carità di Cristo tutti ci affratellano e ci sospingono a reciproco bene; se la collaborazione dei laici all'apostolato gerarchico appare proficua e riconosciuta fino dall'alba del Cristianesimo nella primitiva predicazione apostolica; se questo cooperante apostolato ha preso attraverso i secoli nella storia della Chiesa i più svariati aspetti di aggregazione, di disciplina, di modo e misura secondo le convenienze dei tempi; — quella forma nobilissima di collaborazione, che costituisce l'Azione Cattolica Italiana, venutasi svolgendo sotto i Pontificati di Pio IX, Leone XIII, Pio X e Benedetto XV, ha avuto dalla grande mente e dal grande cuore di Pio XI il suo più vigoroso impulso e il suo organico ordinamento.

Ma è pregio di ogni salutare istituto il crescere custodito e regolato, perfezionandosi nel suo svolgimento e condizionandosi sempre più all'alta intenzione del fine. Onde assai Ci compiacciamo di rendere grazie alla Commissione Cardinalizia per la redazione dei nuovi Statuti (in altri Paesi, pur mantenendo il concetto fondamentale e le linee essenziali, possono adottarsi altre speciali forme e ordinamenti secondo le diverse tradizioni e le particolari circostanze), nuovi Statuti, che ad altro non mirano se non a rendere l'Azione Cattolica più adeguata e aderente ai bisogni delle anime e dei tempi, sempre più strettamente unita alla Gerarchia ecclesiastica, affinchè questo vivace albero, fatto rifiorire nel

giardino della Chiesa dal Nostro Antecessore, dilati i suoi rami in mezzo al popolo cristiano, porgendo quei frutti del buon odore di Cristo, che per vigore del succo divino la sua radice matura e moltiplica.

Di qui si fa manifesto quanto sia alta la missione dell'Azione Cattolica, come quella che presta il suo concorso al raggiungimento del fine stesso della Chiesa: cooperare alla salvezza delle anime, e continuare attraverso il tempo e lo spazio l'opera redentrice di Gesù Cristo. Non è forse la conversione del mondo e l'adunamento delle genti nel regno di Dio l'eccelso fine della Chiesa e della Gerarchia ecclesiastica? Non è la croce del Golgota, sorgente di sapienza, di forza e di vittoria, [1] il divino segnale della redenzione di tutti i figli di Adamo e il faro di salute eterna per l'umanità, naufraga nel mare dell'errore e della colpa? Levate il vostro sguardo al Golgota, diletti figli e figlie; e ammirate la Sposa di Cristo, che col calice del sangue di lui scende alla conquista e alla riconciliazione del mondo con Dio; al suo fianco con le chiavi del cielo è Pietro, Vicario di Cristo, sono gli Apostoli, i Vescovi, i sacerdoti e i ministri cooperatori della santa impresa; intorno a loro vedete adunarsi le turbe e i popoli rigenerati nel lavacro e nella parola che trasumanano le anime, e tutti affratellano dinanzi ad un unico Maestro, pecorelle e agnelli in un solo ovile, « dove non è Greco e Giudeo,... Barbaro e Scita, servo e libero; ma Cristo è ogni cosa, e in tutti ». [2] *Unus est enim Magister vester; omnes autem vos fratres estis*: [3] tutti fatti a immagine di Dio, tutti riscattati da Cristo, tutti figli del Padre celeste, tutti uniti in una medesima fede, tutti, mentre siamo nel corpo, pellegrinanti da Dio e dalla patria celeste. [4]

Se abbiamo anche quaggiù una patria a noi cara, alla quale dobbiamo un culto di fedele amore, [5] essa è quella del nostro terreno pellegrinaggio, patria che attraversiamo nel tempo, nel cammino e nelle vicende liete e dolorose della vita e della convivenza sociale e civile, nei bisogni e negli aiuti di amici e concittadini, nella guardia e difesa del tetto nativo, nella ricerca di una prosperità o di una rinomanza che passano con la figura di questo mondo. [6] Non abbiamo qui una ferma città, ma andiamo cercando la futura. [7] Lassù, più in alto è la stabile nostra patria; per quella siamo nati, a quella siamo destinati e avviati e facciamo

[1] Cfr. I Cor., I, 22-25.
[2] Coloss., III, 11.
[3] Matth., XXIII, 8.
[4] Cfr. II Cor., V, 6.
[5] S. Th., II^{a} II^{ae}, q. 101, a. 1.
[6] Cfr. I Cor., VII, 31.
[7] Hebr., XIII, 14.

cammino con tutti i fratelli di fede e di speranza, congiunti da quella carità che supera la fede e la speranza, come la ricchezza e la povertà, la scienza e l'ignoranza, e tutta benigna, tutta lieta della verità, tutto soffrendo, tutto credendo, tutto sperando, tutto sostenendo, attrae e rapisce con sè i fratelli per farseli compagni eterni in cielo, nella beata visione di Dio. Ecco a che mira il cooperare al fine della Chiesa e alla salvezza delle anime. Ecco il campo della messe spirituale dell'Azione Cattolica nell'ora presente.

L'ora presente è l'ora dei cimenti delle anime. Nella vertigine del progresso materiale, nelle vittorie dell'ingegno umano sopra i segreti della natura e sopra le forze degli elementi della terra, dei mari e del cielo, nell'ansiosa gara del trascendere le vette raggiunte dai competitori, negli arringhi dell'indagine ardimentosa, nelle conquiste e nell'orgoglio della scienza, dell'industria, dei laboratori e delle officine, nell'avidità del guadagno e del piacere, nella tensione verso una potenza sovreminente più paventata che contesa, più invidiata che pareggiata, nel tumulto di tutta la vita moderna; dove mai trova pace l'anima dell'uomo, naturalmente cristiana? forse nell'appagarsi di se stessa? forse nel vantarsi signora dell'universo, avvolta nella nebbia dell'illusione che confonde la materia con lo spirito, l'umano col divino, il momentaneo con l'eterno? No; nei sogni inebrianti non si tranquilla la tempesta dell'anima e della coscienza, agitate dall'impeto della mente che sovrasta alla materia, e varcà, consapevole di un destino immortale irrecusabile, verso l'infinito e verso desideri immensi. Accostatevi a queste anime; interrogatele. Vi risponderanno col linguaggio del fanciullo, non dell'uomo. [8] Non ebbero una madre, che ad essi bambini additasse un Padre nel cielo; crebbero fra pareti senza Crocifisso, in case mute di religione, in campi lontani da un altare e da un campanile; lessero pagine con tutt'altri nomi che con quelli di Dio e di Cristo; udirono vituperati i sacerdóti e i religiosi; passarono dalle campagne, dalle città, dal focolare domestico all'officina, alla bottega, alle aule del sapere, a ogni arte e lavoro, senza frequentare la chiesa, senza conoscere il parroco, senza un buon pensiero nel cuore.

Sono anime infelici che non ebbero nei pericoli della prima età chi le istruisse, le guidasse, le correggesse, le rassodasse nella fede e nella pietà; o se l'ebbero, l'indifferenza, la noncuranza, il cattivo esempio dei compagni, il bollore della gioventù, le distrazioni e le occupazioni giornaliere ne oscurarono la lampada della fede e della pratica religiosa, stornandone il pensiero e raffreddandone il cuore, tramutandone la

[8] Cfr. Hebr., V, 12-13.

buona radice quasi in arido tronco che ripullulerà i suoi germogli nell'ora della sventura o al calore di una parola amica e pietosa o nel gelido tramonto della vita. Quante di tali anime, con l'ampliarsi delle città e delle industrie, con l'inurbarsi dal contado di schiere di operai, vengono addensandosi nei suburbani e nuovi quartieri cittadini, dove talvolta non trovano chiese o lunga è la via di trovarle, dove il sacerdote e il parroco appena è che arrivino a conoscerle ! Tanto al numero e ai bisogni delle anime è impari il numero e l'opera dei ministri di Dio ! Tanto urgente sentono i sacri pastori e i parroci, particolarmente nelle grandi città, il bisogno di aiuto di fedeli collaboratori nel molteplice, arduo, immenso lavoro che li opprime a pascere e vigilare la moltitudine sempre crescente del loro gregge ! A tutte le pecorelle loro affidate vorrebbe accostarsi il loro zelo, tutte raggiungere le smarrite, tutte illuminarle e ricondurle al divino Pastore delle anime; ma non pochi compartimenti della vita sociale restano pressochè impervii all'azione sacerdotale, aperti invece a quella dei laici.

È una gran legge di natura e di grazia che la somiglianza apra le porte al raccostamento e all'affetto; è un vincolo, che avvicinando un laico a un laico, inizia l'amicizia; e ambedue può elevare a incontrarsi nell'alta sfera dello spirito, quando l'uno ami nell'altro un fratello, quando lo contempli in una visione di fede e di paradiso, quando si senta divorato dallo zelo della casa di Dio. « Chi mai, domanda Sant'Agostino, è divorato dallo zelo della casa di Dio? Colui che, se vi vede del male, cerca di correggerlo, brama di emendarlo ... Se scorgi un fratello sviarsi dalla casa di Dio, rattienilo, ammoniscilo, se lo zelo della casa di Dio ti divora ... Riprendi quanti puoi, ferma quanti puoi, sgomenta quanti puoi, quanti puoi conforta; ma non riposare ... Non guardare solo a te stesso; non dire in cuor tuo: Tocca forse a me il curare gli altrui peccati? A me basta l'anima mia, che la salvi innanzi a Dio. Oh non ti rammenti del servo, che nascose il talento ricevuto dal padrone e non lo volle mettere a frutto? Fu forse accusato di averlo perduto, o non piuttosto di averlo conservato senza guadagno?... O fratelli, conchiude il gran Vescovo d'Ippona, voi sapete in qual modo Dio apre il cammino, come schiude la porta alla sua parola; non vogliate riposarvi dal guadagnare anime a Cristo, perchè da Cristo voi stessi siete stati guadagnati ».[9] In questi infocati accenti di zelo episcopale voi sentite il cuore di Agostino, la sua esortazione, il suo ammonimento di Azione Cattolica per il suo tempo e per il futuro; perchè la casa di Dio, ch'è la Chiesa Cattolica, com'è di tutti i tempi, è pure del nostro, e lo zelo di lei deve accen-

[9] *In Ioannis Evang.*, tract. X, n. 9; Migne, *P. L.*, t. 35, col. 1471-1472.

dere i suoi figli con quel fuoco divoratore, che Cristo venne a portare e dilatare in terra.

E di tal fuoco divino di zelo apostolico Noi vediamo al tempo nostro le fiamme dei labari che adunano e guidano le coorti dell'Azione Cattolica; fiamme che illuminano ciò che hanno fatto e che stanno facendo; fiamme che delle fervorose schiere di uomini e di donne, di gioventù maschile e femminile, di universitari e di universitarie, di laureati cattolici fanno una falange ausiliaria, ubbidiente alla voce del Sommo Pastore e alla direzione dei Vescovi nella conservazione e diffusione della fede e della morale cristiana in mezzo al popolo. A voi, diletti figli e figlie dell'Azione Cattolica, che avete fatto vostra l'insegna di operare e soffrire cristianamente e romanamente forti cose, a voi il Nostro paterno compiacimento, i Nostri ringraziamenti e la lode Nostra. Voi avete ben meritato della Chiesa e della società civile; sì, anche della società civile; perchè, diffondendo e attuando nella vita individuale, familiare e sociale i principii cattolici di autorità, di obbedienza, di ordine, di giustizia, di equità e di carità, avete cooperato a far rifulgere, rinvigorire e rinsaldare quelle che sono le basi più solide del consorzio civile.

In voi riponiamo molte delle Nostre speranze per l'avvenire. In quest'ora sì grave, in cui le passioni umane, che la pace sopiva, si destano, erompono, s'infuocano, lottano in un duello di sangue e di danni; nell'angoscia che stringe il Nostro cuore di Padre comune per il fiero conflitto che divampa tra figli e figli a Noi cari, Noi fissiamo lo sguardo sull'Azione Cattolica, e confortiamo l'animo Nostro a bene sperare, fiduciosi, come siamo, di trovare in essa, raccolta e stretta intorno ai Vescovi e alla Sede Apostolica, devoti e ardenti collaboratori nella grande intrapresa, che sopra ogni altra preme il Nostro spirito, per il supremo interesse delle anime e delle nazioni: il ritorno di Cristo nelle coscienze, nei focolari domestici, nel pubblico costume, nelle relazioni fra le classi sociali, nell'ordine civile, nei rapporti internazionali. È un'impresa altamente cristiana, che innalza gli zelanti figli della Chiesa militante al merito e all'onore della più nobile e santa crociata, combattuta per l'incremento, la difesa e il consolidamento in seno all'umanità del regno di Cristo: di Cristo, « luce vera, che illumina ogni uomo che viene in questo mondo »; [10] di Cristo, luce di giustizia fra Dio e l'uomo, fra uomo e uomo, fra popolo e popolo; di Cristo, luce di verità, che il mondo posto nel maligno (mentre, al pari di Pilato, interroga che mai essa sia) non si cura nè ama di conoscere e intendere per operare il bene; di Cristo, luce di concordia e di salvezza nei turbamenti della pace fra le genti.

[10] Ioann., I, 9.

L'Azione Cattolica Italiana risponderà con piena soddisfazione ai disegni e alle speranze della Chiesa, se a ciò condizionerà se stessa con quell'unione ch'è la sua vita e il suo vigore. Unione quadruplice: con la Gerarchia ecclesiastica; con Dio per l'intima formazione spirituale; coi membri fra loro per la concordia nell'operare; coi membri di altre Associazioni pure soggette alla direzione ecclesiastica.

1° Risponderà anzitutto all'aspettazione della Santa Chiesa, se rimarrà sempre più strettamente unita ai Vescovi e alla Santa Sede e a loro incrollabilmente congiunta. Alla Gerarchia spetta l'autorità e l'ufficio di insegnare e di guidare: l'Azione Cattolica ne è la docile collaboratrice, che mette a disposizione di lei tutte le sue energie. Nell'amore, nell'ubbidienza, nella dedizione sommessa e pronta al Sommo Pontefice e ai Vescovi i suoi membri trovano la loro gioia, la loro forza, non meno che la garanzia del loro fruttuoso successo, giacchè per la Gerarchia, erede della missione apostolica, vale la indefettibile promessa di Cristo: Ecco che io sono con voi tutti i giorni sino alla consumazione dei secoli. [11]

Inoltre, siccome « non è potestà se non da Dio, e quelle che sono, sono da Dio ordinate », [12] rendano gli ascritti all'Azione Cattolica il debito rispetto e prestino la leale e coscienziosa obbedienza alle Autorità civili e alle loro legittime prescrizioni; « perchè, dice il Principe degli Apostoli, tale è la volontà di Dio, che facendo il bene chiudiate la bocca alla ignoranza degli uomini stolti; come liberi, e non quasi tenendo la libertà per velame di malizia, ma come servi di Dio. Onorate tutti; amate i fratelli; temete Dio; rendete onore al re ». [13] Per tal modo i soci della Azione Cattolica, la quale non è e non vuol essere un'associazione di partito, bensì un'eletta di esempio e fervore religioso, dimostreranno di essere non solo ferventissimi cristiani, ma anche perfetti cittadini, non estranei agli alti compiti della convivenza nazionale e sociale, amanti della patria e pronti a dare per essa anche la vita, ogni qualvolta il legittimo bene del Paese richiegga questo supremo sacrificio. [14]

2° Fondamento precipuo dell'Azione Cattolica, a farsi ausiliaria della Gerarchia ecclesiastica, vuol essere la unione con Dio; vale a dire, se i suoi membri porteranno nell'apostolato una profonda formazione religiosa, spirituale e culturale. È ben vero che lo spirito di apostolato è cosa grande e degna di alta lode in ogni cristiano, per ciò stesso che, inserito nel mistico corpo di Cristo, vive la sua fede. Ma l'appartenenza

[11] Matth., XXVIII, 20.
[12] Rom., XIII, 1.
[13] I Petr., II, 15-17.
[14] Cfr. Leonis XIII, Enc. *Sapientiae christianae*, 10 ian. 1890.

all'Azione Cattolica, implica una selezione, domanda uno spontaneo slancio di dedizione generosa che non indietreggia nell'offerta e nel sacrificio di se stesso, impone e determina una squisita preparazione e formazione, acquisita o da acquistarsi, acconcia alla natura dell'Associazione. Agli Assistenti ecclesiastici, sotto gli ordini dell'Episcopato, spetta in modo speciale il plasmare e l'istruire i soci dell'Azione Cattolica, alimentandoli e crescendoli nei pascoli di una sicura, sana e intima spiritualità, e dissetandoli alle pure fonti della dottrina cristiana.

In tale palestra di spirito sopra ogni altra cosa Noi raccomandiamo la preghiera, come già dicemmo agli alunni del Santuario la prima volta raccolti intorno a Noi. Pregate, pregate, pregate: la preghiera è la chiave dei tesori di Dio: è l'arma del combattimento e della vittoria in ogni lotta per il bene e contro il male. Che non può la preghiera, adorando, propiziando, supplicando, ringraziando? Sua vita, che ardentemente additiamo alle schiere dell'Azione Cattolica, è la cosciente partecipazione al Santo Sacrificio della Messa, la frequenza ai Sacramenti, gli Esercizi Spirituali, e con le varie forme di pietà, l'animo e l'ardore del sacrificio, gran legge e condizione della fecondità dell'apostolato. L'appartenere all'Azione Cattolica non colloca in posizione di privilegio o di superiorità, ma infonde ai suoi membri un doveroso impulso a farsi, con spirito di umiltà, di abnegazione e di carità, tutto a tutti [15] per tutti guadagnare a Cristo, e verso tutti sentirsi, come l'Apostolo, « debitori » degl'ineffabili tesori che hanno ricevuti dalla divina Bontà.

3° Dall'unione con la Gerarchia e dall'unione con Dio non può separarsi, nè deve mancare negli ascritti all'Azione Cattolica, come condizione di vigorosa efficacia nel campo spirituale, l'unione fra loro, che strettamente e vicendevolmente li accosti e congiunga così da formare una sola grande famiglia di persone mature e di giovani. Vi sia la massima concordia fra gli Assistenti ecclesiastici nelle diocesi e al centro, specialmente in quel gran bene che più conferisce al retto fine inteso; e qualche dissenso in piccole cose, che non contrasta con l'amicizia, rimanga nell'intelletto senza scendere nella volontà, sacrificandolo alla carità e alla pace comune. [16] Si attui il passaggio spontaneo e regolare da una Associazione all'altra, organizzata secondo l'età; e vi sia coordinamento nelle iniziative e nei disegni di lavoro tanto dei Sacerdoti quanto dei laici, affinchè non avvengano dispersioni di energie.

4° Ma, oltre l'unione fra loro, sarà un vanto di amoroso e amichevole affetto, se regnerà unione fra i membri dell'Azione Cattolica e quelli di

[15] I Cor., IX, 22.

[16] Cfr. S. Th., II^{a} II^{ae}, q. 29, a. 3 ad 2^{um}.

altre Associazioni. L'organizzazione dell'Azione Cattolica Italiana, benchè sia l'ordinamento principe dei cattolici militanti, tuttavia comporta accanto a sè altre Associazioni pure dipendenti dall'Autorità ecclesiastica, di cui alcune, aventi fini e forme anche di apostolato, ben si possono dire collaboratrici nell'apostolato gerarchico. Fra queste Associazioni e quelle dell'Azione Cattolica chi mai non vede quanto sia necessario che esista una mutua benevolenza, una larga comprensione, una sincera cooperazione: doti e virtù, che hanno la loro radice, da un lato, nel purissimo zelo della gloria di Dio e della salute delle anime che tutte le infiamma; dall'altro, nell'appartenere, attingendovi il succo di vita, all'identico mistico corpo di Cristo? Le une e le altre non si intralceranno nel lavoro, a cui, conforme ai propri Statuti, approvati dall'autorità della Chiesa, si consacrano; anzi mutuamente a gara si aiuteranno e sosterranno, affinchè, nella spirituale varietà, che si accomoda, si confà e si piega alle diverse consuetudini, al mutarsi delle circostanze, all'indole dei temperamenti, appaia e rifulga la luminosa tessera caratteristica del cristiano: la carità.

E se negli Istituti cattolici di educazione, non altrimenti che in Associazioni ecclesiastiche aventi anche fini e forme organizzate di apostolato, si inseriranno Associazioni interne di Azione Cattolica, questa vi entrerà con discrezione e riserbo, nulla turbando della struttura e della vita dell'Istituto o dell'Associazione, ma solo imprimendo nuovo impulso allo spirito e alle forme di apostolato, con inquadrarle nella grande organizzazione centrale.

In tal modo preparati, formati e uniti, i membri dell'Azione Cattolica si slanceranno come apostoli nei vari campi della società in tutte le direzioni, dovunque sono anime da conquistare a Cristo, dovunque è un ricetto o un convegno di vita individuale o collettiva, su cui Cristo Signor Nostro deve regnare.

Andate, diletti figli e figlie, andate agli umili, ai poveri, ai sofferenti, agl'infelici, agli abbandonati del mondo; andate come loro rilevatori, loro ristoratori, loro consolatori, loro aiutatori, loro animatori. Nei loro disagi, nei loro affanni, nei loro dolori, nella solitudine loro, sentano vicino il fratello che piange con essi, che s'accomuna con la loro sventura e miseria, che è loro amico nell'avversità, che ha una mano che li sostiene, una parola che calma lo sconforto e loro addita, oltre la fugace parvenza del tempo, gl'immutabili beni dell'eternità.

Andate alla gioventù la quale, benchè in Italia saggezza di governanti abbia riconosciuto l'insegnamento religioso nelle scuole elementari e

medie come « fondamento e coronamento della istruzione pubblica », [17] tuttavia, nel suo talento e fervore giovanile va soggetta all'incontro di tanti e così gravi pericoli da aver bisogno di vigile cura sempre più assidua e profonda. Speranza della famiglia e della patria sono i giovani. Gesù medesimo predilesse i fanciulli, e amò il giovane virtuoso; e nelle brigate della gioventù, avida di avvenire, calda nei suoi ardimenti, non pavida degli ostacoli, trova la Sposa di Cristo i suoi leviti, quei cuori ardenti e generosi che custodiranno l'arca santa e porteranno la buona novella in mezzo al popolo e alle genti sino ai confini della terra. In mezzo alla gioventù fatevi antesignani, maestri, compagni; fatevi giovani coi giovani, fanciulli coi fanciulli per trarli tutti intorno a Cristo, perchè sentano la carezza di lui e il suo abbraccio divino; entrate nei loro animi per conservarvi i fiori dell'innocenza e della virtù, e inserirvi il seme di quella sapienza di via, di verità e di vita, ch'è la lampada della fede da posarsi infine sull'estremo riposo della tomba.

Andate agli adulti che, cresciuti nella loro giovinezza ed educati in un'amosfera satura di agnosticismo, quando l'uomo, temerario scrutatore della materia e della natura, insuperbiva dei suoi trovati e dei suoi sogni, accampandosi contro Dio, oggi, nel crollo di tante ideologie e sistemi, sentono, consciamente o inconsciamente, dal fondo del loro spirito levarsi il grido angoscioso dell'anima immortale, non paga soltanto dei trionfi della scienza puramente umana nè degli allettamenti del progresso moderno; grido che desta in loro l'assopita e irresistibile nostalgia di accostarsi a Gesù Cristo e agl'ineffabili fulgori della sua dottrina.

Andate in mezzo al mondo. Confidate in Cristo che ha vinto il mondo. Siano le vostre armi l'apostolato della preghiera, dell'esempio, della penna e della parola; l'umiltà e la benevolenza, la sofferenza e la mansuetudine, la prudenza e la discrezione; la carità sapiente, condiscendente agli erranti e non all'errore, perchè ogni anima umana nulla desidera più e con maggior ardore che la verità. Siano le vostre regole e arti nella spirituale palestra tutte le molteplici iniziative e industrie, che i Vescovi e la Commissione Cardinalizia da Noi istituita approveranno, coordineranno, dirigeranno.

Così, in questa solenne adunanza dell'Azione Cattolica Italiana, Noi esultiamo e Ci consoliamo di contemplare le coorti dell'apostolato dei laici, associati alla Gerarchia ecclesiastica nello zelo per la salvezza delle anime redente da Cristo, ed esaltati nella luce di promotori e rinnovatori del nome e della vita cristiana. È l'anima del corpo mistico della Chiesa che risplende e trionfa in modo speciale nell'Azione Cattolica;

[17] Concordato fra la S. Sede e l'Italia, art. 36.

anima di fede, di speranza, di carità diffusa nei nostri cuori dallo Spirito Santo, quello Spirito che il dì della Pentecoste, dopo un raccoglimento di dieci giorni in perseverante e concorde preghiera colla Vergine Santissima, Mediatrice e Sposa del medesimo Spirito, scendeva nel Cenacolo non solo sopra gli Apostoli, ma ancora su tutti quei discepoli ivi adunati, che possiamo ben chiamare i primi loro collaboratori nell'apostolato. Scendeva in lingue di fuoco: lingue, poi risonanti come trombe della fede per l'universo mondo; lingue divampanti di quel fuoco recato da Cristo in terra e che egli altro non vuole se non che si accenda. [18] Anche noi abbiamo bisogno del fuoco di queste lingue, dei doni dello Spirito Santo, che sostenta la nostra debolezza, ignara di quel che ci conviene domandare, e che lo Spirito stesso domanda per noi con gemiti ineffabili. [19] Onde facciamo voto e innalziamo la preghiera che, come già nella Chiesa nascente, così oggi lo Spirito Santo scenda copiosamente, per intercessione di Maria, Regina degli Apostoli e di ogni apostolato, sull'Azione Cattolica Italiana, su questo grande Cenacolo che raccoglie intorno ai Successori degli Apostoli una fervida schiera di fedeli e generosi collaboratori. Questo Spirito onnipotente, che nel mattino dell'universo aleggiava sopra le acque degli abissi [20] e le fecondava, rinnovi la faccia della terra, [21] campo di tante cruente contese dei figli degli uomini, mare di tante lacrime e naufragi; faccia apparire, di mezzo alle bufere dell'umanità, nuovi cieli e nuova terra, [22] e instauri quell'ordinata tranquillità e concordia dei popoli, cui il mondo sospira, ma che non può fermarsi, immobile ai terrori e alle lusinghe, se non sul regno di Dio, che è giustizia e pace e gaudio nello Spirito Santo. [23]

Non possiamo, diletti figli e figlie, terminare questo Nostro discorso senza esprimervi per i doni generosamente offerti la Nostra vivissima paterna riconoscenza, la quale, più che di parole, è di gaudio e di meraviglia, erompenti dal vedere come la vostra fede e la vostra pietà, anche in quest'ora di universale disagio e sacrificio, sappiano venire in soccorso alle chiese povere e dimostrare quanto amore portate al decoro della casa di Dio e al luogo, in mezzo al popolo cristiano, della dimora di Cristo, gloria dei nostri altari. [24] È una grazia che il Signore

[18] Luc., XII, 49.
[19] Rom., VIII, 26.
[20] Cfr. Gen., I, 2.
[21] Ps. CIII, 30.
[22] II Petr., III, 13.
[23] Rom., XIV, 17.
[24] Cfr. Ps. XXV, 8.

vi ha concessa, vi diremo, facendo Nostro l'elogio, che delle Chiese della Macedonia proclamava l'Apostolo nella seconda Lettera ai Corinti: « In mezzo alle molte afflizioni, con le quali (quei fedeli) sono provati, il loro gaudio è stato abbondante, e la profonda loro povertà ha sfoggiato in ricchezze del loro buon cuore, perchè sono stati spontaneamente liberali... secondo la loro possibilità e sopra la loro possibilità ». [25]

Voi avete vinto l'avversità dei tempi, e ai vostri doni, ispirati ai più alti sentimenti, avete impresso una forma che li sublima nella più elevata sfera spirituale dell'Azione Cattolica, dove splende il sole dell'Agnello divino ucciso per la salute del mondo e dai turiboli degli angeli salgono i profumi delle orazioni dei santi. Voi avete infatti congiunto il largo tributo di preghiere secondo le Nostre intenzioni — intenzioni di riconciliazione e di pace fra i popoli — con un'abbondante offerta di sacri calici e di arredi liturgici, testimonianza e pegno di profonda venerazione verso il più divino mistero della fede e del culto cattolico. Questi vostri doni preziosi, in patria e nelle missioni, ricorderanno ai popoli devoti il vincolo del vostro fraterno affetto e il vostro zelo operoso per la degna celebrazione della divina liturgia; e intorno all'altare e alla sacra mensa simboleggeranno e suggelleranno nell'amore di Gesù e nella comune preghiera l'unione spirituale dei figli della Sposa di Cristo partecipanti nell'universo a una medesima bevanda e a un medesimo pane sovrasostanziale. [26] Quando il sacerdote salirà l'altare, e sulle patene da voi donate e nei calici da voi offerti saranno presenti il Corpo e il Sangue di Lui sotto l'ombra del pane e del vino mutati; gli spiriti celesti, che circondano quelle are sacre, voleranno a voi, diletti figli e figlie, oblatori e oblatrici delle diocesi italiane, e vi recheranno la benedizione del cielo e la gratitudine della terra per la vostra benefica azione, facendo rifluire su di voi e sulle vostre opere di apostolato il fiume del conforto, dell'amore e della grazia, che si effonde dall'infiammato Cuore del Figlio di Dio, fattosi uomo *propter nos homines et propter nostram salutem*. Conceda il Signore, largo nella sua misericordia e munificenza, alle Nostre parole il vigore di un voto e di una preghiera, che gli porgiamo a degnarsi di ricambiare, in quel modo ineffabile che Egli solo sa e può usare, i vostri doni, mentre, in attestato di particolare benevolenza, impartiamo di gran cuore a tutti, presenti ed assenti, la Nostra Apostolica Benedizione.

[25] II Cor., VIII, 2-3.
[26] Cfr. I Cor., X, 16-17.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum:

die 9 Augusti 1940. — Cathedrali Ecclesiae Feretranae R. D. Victorium De Zanche, rectorem Seminarii Maioris dioecesis Patavinae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tiberiensi R. P. Aegidium Aloisium Lanzo, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Henrici Episcopi Sabinensis et Mandelensis, S. R. E. Cardinalis Sibilia.

die 10 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Iasensi R. D. Salvatorem Martinez Silva, Vicarium Generalem dioecesis Zamorensis Americae Septentrionalis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Emmanuelis Fulcheri y Pietrasanta, Episcopi eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zamensi maiori R. P. Eliseum Coroli, Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, quem constituit Praelatum praelaturae *nullius* Guamensis, hactenus eiusdem Administratorem Apostolicum.

die 16 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Augustini R. D. Iosephum Hurley, dioecesis Clevelandensis, Antistitem urbanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Vinensi R. D. Iosephum Ferche, canonicum Capituli Metropolitani Vratislaviensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Adulphi S. R. E. Card. Bertram, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 21 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Rhemensi Exc. P. D. Aloysium Augustinum Marmottin, hactenus Episcopum S. Deodati.

— Titulari episcopali Ecclesiae Axomitanae R. D. Petrum Ossola, rectorem Pont. Seminarii Regionalis Apuli.

die 28 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Compsanae atque Cathedralibus Ecclesiis S. Angeli de Lombardis et Bisaciensi, aeque prin-

cipaliter unitis, Exc. P. D. Antonium Melomo, hactenus Episcopum Monopolitanum.

— Cathedralibus Ecclesiis Interamnensi et Narniensi, aeque principaliter unitis, R. D. Felicem Bonomini, praepositum parochum Ss. Nazarii et Celsi, Brixiae.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS V. ... ET ALIARUM

CAPITULARIS RELIGIONEM INGRESSI

Die 13 Aprilis 1940

SPECIES FACTI. — Sacerdos A. P., mansionarius Capituli cathedralis V. ..., die 8 Septembris 1936 religiosam Societatem S. Francisci Salesii. postulatus ineundi causâ, ingressus est. Statim idem Capitulum cathedrale conqueri coepit de eius absentia a choro, tum quia munus peculiare eidem incumbit psalmodiam ducendi, in quo munere nec ab aliis beneficiariis substitui potest, tum quia eiusdem mansionarii absentia per quinque annos protrahitur, per biennium nempe durante novitiatu, et per triennium durante professione, ad normam canonis 584 Codicis iuris canonici.

Incassum cessis pactionibus Capitulum inter et mansionarium de substitutione omnino necessaria ad huius munia saltem peculiaria obeunda, die 3 Augusti 1937 hanc Sacram Congregationem Capitulum adiit, ut quaestio definiretur.

ANIMADVERSIONES. — Promulgato Codice I. C. plures huiusmodi quaestiones pertractandae ad hanc Sacram Congregationem delatae sunt, ex eo praecise ortae quod, cum canon 584 statuat « post annum ab emissa qualibet professione vacant beneficia paroecialia, post triennium cetera », quin aliquid decernat de fructibus beneficii, unusquisque in suo sensu abundare coepit. Annuente proinde Sacra Congregatione de Religiosis, quaestionem generalem pertractari opportunum visum est. Iamvero praescripto memorati canonis 584, dum plene consulitur libertati beneficiarii religionem ingressi, si fortasse iuxta canones 575 et 637 ad saeculum redire maluerit, simul et religionis ipsius utilitati cavetur, si haec ad normam horum canonum beneficiarium dimittere velit. Sed ex

hoc legitime inferri non posse videtur eidem beneficiario, durante hoc temporis spatio, ius esse non solum beneficium retinendi, sed huius quoque fructus percipiendi.

De hoc Codex I. C. alte silet in iis quoque canonibus 613-625, qui de privilegiis religiosorum agunt; quo attento silentio, quaestionis resolutio a praescriptis in canone 20 repetenda est: « Si certa de re desit expressum praescriptum legis sive generalis sive particularis, norma sumenda est ... a legibus latis in similibus, a generalibus iuris principiis cum aequitate canonica servatis, a stylo et praxi Curiae romanae, a communi constantique sententia doctorum ».

Omissis autem *legibus latis in similibus,* cum canones 420 et 421, qui uni de causis a choro excusantibus agunt, huiusmodi causam omnino praetereant, itemque omissa *communi constantique sententia doctorum,* tum veterum ante Codicem promulgatum, qui parum inter se consentiunt, tum recentiorum qui ob nuper promulgatum Codicem efformare nequiverunt communem illam et constantem in re sententiam, hoc unum superest ut norma de eadem re sumatur *a generalibus iuris principiis,* nec non *a stylo et praxi Romanae Curiae.*

Equidem quoad primam normam, *a generalibus iuris principiis* depromptam iuxta citatum canonem 20, Concilium Tridentinum (cap. 12, sess. 24 *de reform.*) decrevit ut « omnes (capitulares) divina per se, et non per substitutos, compellantur obire officia ». Quam Concilii Tridentini praescriptionem Codex I. C. in pristinum revocavit vigorem, statuens in canone 414: « Omnes et singuli qui chorale beneficium obtinent, tenentur in ipso choro divina officia persolvere », immo in canone 419 decrevit ut qui choro adstringuntur, nequeant per alium huic obligationi satisfacere nisi in casibus particularibus seu per modum actus, iusta ac rationabili de causa, et sub datis conditionibus.

Cum itaque beneficiarius religionem ingressus per se ipsum divina officia in choro obire nequeat, atque substitutum habitualem sibi constituere prohibeatur, plane fluit eundem fructus sui beneficii percipere non posse, nec ex iisdem congruam partem suo substituto praebere.

Eius enim absentia a choro, quamvis sit iusta et rationabilis, ad perfectiorem nempe vitae statum sectandum, tamen ad normam iuris non videtur *legitima,* ad effectum nempe percipiendi fructus sui beneficii. Legitima enim ea dicitur causa, « quae est a lege approbata et in iure expressa », ut docet Garcia, tract. *de beneficiis,* part. III, cap. 2, n. 408. Deficiente autem legitima causa absentiae, beneficiarius suos non facit fructus, etiamsi absens sit propter causam rationabilem et non culpabilem.

Ex eo autem quod huiusmodi absentiae causa sit *iusta,* beneficiarius poenam non incurrit, de qua in canone 2381 n. 2, privationis nempe beneficii, sed poena improprie dicta iure plectitur, seu amissione fructuum beneficii, ad normam eiusdem canonis statuentis in n. 1: « Qui beneficium obtinet cum onere residentiae, si illegitime absit, eo ipso privatur omnibus fructibus sui beneficii pro rata illegitimae absentiae ». Ad rem audiatur Reiffenstuel, lib. III, tit. 4, *De clericis non residentibus,* n. 51: « Siquidem tum Episcopus (seu parochus) non residens, tum beneficiarius non recitans horas canonicas per leges ecclesiasticas factus est inhabilis ad acquirendos eiusmodi fructus; eo quod sacri canones impediant acquisitionem fructuum beneficialium, nisi ponatur conditio personalis residentiae, aut recitationis horarum canonicalium. Unde et privatio fructuum beneficialium, atque obligatio eosdem restituendi ante omnem sententiam iudicis, non est *poena proprie dicta,* seu talis, qua quis privatur re sua, sibique iam acquisita; sed potius imponitur ut conditio quaedam, sive modus necessario observandus, nisi ponatur praefata residentia personalis, aut recitatio horarum canonicalium. Sicut in simili contigit, quando testator reliquit cuipiam legatum sub conditione sive onere, ut aliquid faciat: *alias perdat legatum* ».

Quod confirmatur decisione huius Sacrae Congregationis in *Toletana et aliarum* diei 10 Iulii 1920. Proposito enim tunc dubio: « Utrum Codicis canon 2381 urgeat etiam in casu non residentiae non graviter culpabilis, vel materialiter tantum, non formaliter culpabilis ac notoriae », responsum prodiit: « Affirmative, dummodo ne concurrant causae excusantes iuxta canones 420 et 421, vel pontificium indultum ».

Qua responsione, dum decernitur ad constituendam absentiam illegitimam non requiri culpam ne levem quidem, simul confirmatur, elenchum causarum excusantium a choro, de quibus in canonibus 420 et 421, propter quas capitularis, revera absens, uti praesens habeatur per iuris fictionem, esse taxativum, et non demonstrativum tantum, quibus causis proinde nefas est alias addere causas eiusdem generis. Et iure meritoque; facillime enim excogitari possent motiva quibus minueretur absentiae imputabilitas, seu quibus cohonestaretur quaelibet beneficiarii absentia.

Et animadvertatur quod, inter has causas excusantes a choro cum iure percipiendi fructus praebendae ac distributiones quotidianas, recensetur quoque in canone 420 § 1 n. 7 vacatio piis exercitiis ad normam canonis 126, « quo tamen indulto, additur in citato can. 420, (capitulares) semel tantum in anno chori servitio liberantur ». Vacatio igitur piis exercitiis semel tantum in anno causam *iustam* simul et *legitimam* praebet absentiae capitularis a choro ad effectum percipiendi fructus bene-

ficii et distributiones quotidianas. Attamen, si beneficiarius ipse pluries in anno pia exercitia peragere vellet, causam quidem haberet iustam immo sanctam abessendi a choro, quapropter mulctari nequiret privatione beneficii ad normam n. 2 memorati canonis 2381, minime vero causam *legitimam;* ideoque ipso iure et facto non tantum distributiones quotidianas amitteret, sed omnes quoque fructus beneficii pro rata illegitimae absentiae.

Accedit quod in canone 570 § 1 statutum sit quod « nihil pro impensis postulatus vel novitiatus exigi potest ».

Hucusque expositis contradicere non videntur ea quae Bonifacius VIII et Benedictus XIV in subiecta materia rescripserunt, quaeque praecipua documenta veteris iuris constituunt. Equidem Bonifacius VIII in cap. *Beneficium* 4, *de regularibus* in VI statuit : « Beneficium illius qui religionem ingreditur, non est intra probationis annum alicui conferendum... Sed interim eidem beneficio per alium deserviri debebit, assignata sibi congrua de ipsius proventibus portione ».

Et Benedictus XIV in Brevi *Ex quo* diei 24 Ianuarii 1747 : « De beneficiorum vacatione in iure statutum habemus, eam non induci per solum ingressum in religionem sed per professionem regularem dumtaxat...; interim, quoad beneficia choralia, relictis tyroni religioso, qui choro interesse nequit, ipsius beneficii fructibus ».

Verum, praetermisso quod auctores clarae notae haec documenta diversimode interpretati sunt, ex. gr. Garcia (*de beneficiis ecclesiasticis,* tom. II, cap. 9, n. 27) et Riganti (*in Regulam 46 Cancellariae,* III, n. 20) contra Suarez (*de religione,* tom. III, lib. 5, cap. 16, n. 12) et Sanchez (*de praeceptis decalogi,* tom. II, lib. 7, cap. 4, n. 14), illud est quam maxime animadvertendum mutationem maximi momenti nunc factam esse; quapropter, mutatis rerum adiunctis, eadem iuris principia iisdem aptari nefas esse, iuxta illud : « distingue tempora et concordabis iura ».

Iamvero temporibus Bonifacii VIII et Benedicti XIV beneficium etiam capitulare nonnisi uno anno probationis seu novitiatus vacabat, dum inducta a Pio IX professione simplici trium annorum, et attento Codicis praescripto in canone 584, per quinque fere annos beneficium vacaret, triennio nempe a qualibet professione religiosa, et altero saltem anno pro novitiatu perficiendo ad normam canonum 555, 571. Perperam proinde invocantur veteris iuris principia, eo vel magis quod perspicuum est, Codicem materiam beneficialem penitus innovasse. Fortasse ad rem facere videtur praescriptum canonis 6 n. 6 : « Si qua ex ceteris disciplinaribus legibus, quae usque adhuc viguerunt, nec explicite nec implicite in Codice contineatur, ea vim omnem amisisse dicenda est ».

Neque ex adverso aliquid opponi posse videtur ex eo quod vi canonis 584 beneficiarius religionem ingressus retinet titulum sui beneficii, quod non vacat nisi post triennium ab emissa professione religiosa, et « quilibet beneficiarius, capta legitime beneficii possessione, omnibus iuribus fruitur tam temporalibus quam spiritualibus, quae beneficio adnexa sunt », ut in canone 1472 statuitur. Haec iura enim sunt correlativa officiis, inter quae praecipuum est servitium chorale. At, cum beneficiarius religionem ingressus proprio marte in ea condicione versetur ut eadem adimplere nequeat, nulla suppetit ratio cur iuribus sui beneficii fruatur. Ad rem apte veniunt ea quae S. Alphonsus scripsit de residentia pastorum : « (Ad residentiam) quidem non alia ratione tenentur quam contractus initi inter ipsos et Ecclesiam, ex quo dantur eis fructus beneficiorum sub conditione residentiae; qua non impleta, nullo modo pastores tales fructus acquirunt. Praesumptio autem illa quod Ecclesia fructus remittat illis qui sine culpa non resident, valde dubia est; immo potius praesumitur Ecclesia oppositum velle, ne pateat via ad eludendam hanc residentiam tam rigorose ab ipsa Ecclesia requisitam » (*Theolog. moral.*, lib. IV, n. 127).

Alia tandem norma antea relata, sumenda nempe, iuxta citatum canonem 20, *a stylo* et *praxi Curiae Romanae*, ubi expressum legis praescriptum desit, huc usque expositis favet omnino. Praxis enim fuit, eaque constans huius Sacrae Congregationis ante et post Codicis promulgationem, ut beneficiariis religionem ingressis, favente Capitulo et Ordinario loci consentiente, indulta concederentur percipiendi fructus praebendae, imo quandoque et distributiones ipsas quotidianas, attentis peculiaribus rerum adiunctis. Quod perperam factum fuisset, si beneficiarius hoc iure, lege ipsa dictante, frueretur.

Resolutio. — In plenariis autem Comitiis die 13 Aprilis 1940 habitis, Emi Patres huius Sacrae Congregationis ad propositum dubium : *An capitularis religionem ingressus ius habeat ad fructus beneficii, antequam hoc vacet ad normam canonis 584 Codicis I. C.*, responderunt : *Negative, salvo apostolico indulto.*

Quam resolutionem in audientia diei 19 eiusdem mensis, referente subscripto Sacrae Congregationis Concilii Secretario, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XII approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

DE IURAMENTO SUPER RITIBUS MALABARICIS A MISSIONARIIS IN INDIIS ORIENTALIBUS PRAESTANDO.

Super dubium : « Utrum, abolito *iuramento super ritibus sinensibus*, opportunum sit dispensare etiam missionarios in Indiis Orientalibus a *iuramento super ritibus malabaricis* » Eminentissimi ac Reverendissimi Patres huic Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 8 decurrentis mensis Aprilis habitis, respondendum censuerunt :

Affirmative, firma obligatione de cetero observandi praescripta Benedicti XIV, quatenus a Sancta Sede non immutata.

Quam Emorum Patrum sententiam Sanctissimo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII, ab infrascripto huius Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Secretario, in Audientia hodierna die relatam, Sanctitas Sua in omnibus dignata est adprobare et ratam habere, ac praesens super re decretum edi iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 9 mensis Aprilis, A. D. 1940.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius*.

II

DE SUCHOW-DE YENCHOWFU

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Cum Vicarii Apostolici de Suchow et de Yenchowfu una mente censuissent suae cuique missioni opportunum esse ex Vicariatu de Suchow distractam partem territorii, ad septentrionem et orientem Lacus

Weishan sitam, adnecti Vicariatui de Yenchowfu, Eminentissimi Patres huic Sacro Consilio a Fide Propaganda praepositi, in sollemni consessu die XXVII currentis mensis Maii habito, attento favorabili voto eorum quorum interesset, decreverunt ex Vicariatu Apostolico de Suchow praedictam partem territorii ad septentrionem et orientem Lacus Weishan sitam distrahere et Vicariatui Apostolico de Yenchowfu adnectere.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XII, in audientia concessa hac die XXVIII mensis Maii infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, ratam confirmatamque habuit atque praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die XXVIII mensis Maii A. D. MCMXL.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

III

NOMINATIO

Decreto die 12 Iulii a. 1940 dato, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit R. P. Thomam Albertum Newman, Societatis Missionariorum B. M. V. a « La Salette », *Praefectum Apostolicum de Akyab.*

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

NORMAE

AD EM̃UM AC RM̃UM D. CARDINALEM PATRIARCHAM LISBONENSEM ATQUE EXCM̃OS AC RM̃OS ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS REIPUBLICAE LUSITANAE: CIRCA APPLICATIONEM ART. XXV CONCORDATI INTER SANCTAM SEDEM ET IPSAM REMPUBLICAM LUSITANAM.

Ad normam sollemnium nuper inter Sanctam Sedem et Rempublicam Lusitanam feliciter initarum conventionum Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal munus adsumit sibi art. XXV Concordati commissum, quod ita iubet:

« O conhecimento das causas concernentes á nullidade do casamento católico e á dispensa do casamento rato e não consumado, é reservado aos tribunais e repartições ecclesiásticos competentes.

As decisões e sentenças destas repartições e tribunais, quando definitivas, subirão ao Supremo Tribunal da Assinatura Apostólica para verificação, e serão, depois, com os respectivos decretos daquêle Supremo Tribunal, transmittidas, pela via diplomática, ao Tribunal da Relação do Estado, territòrialmente competente, que as tornará executivas e mandará que sejam averbadas nos registos do estado civil, á margen da acta do casamento ».

Itaque, dum gratias Deo immortali reddimus quod nobili Lusitanorum genti renovatam firmatamque donaverit Ecclesiam inter et Civitatem pacem et concordiam, nostrum ducimus Ordinariis eiusdem gentis rationem indicare ac viam ad exsecutionem civilem sententiarum et rescriptorum quae ab ecclesiasticis Tribunalibus aut Sacris Romanis Congregationibus edita fuerint in re matrimoniali ad mentem eiusdem Concordati. Haec igitur teneantur:

I. Ordinarius tribunalis primi gradus, aut Ordinarius qui curat exsecutionem pontificiae dispensationis super matrimonio rato et non consummato, sententiam exsecutivam aut dispensationis rescriptum mit-

tendum curabit ad Supremum hoc Signaturae Apostolicae Tribunal una cum informationibus quas duxerit opportunas.

II. Quod si agatur de exsequenda sententia, Ordinarii litteris adnectenda praeterea erunt quae sequuntur:

a) celebrati matrimonii actum in exemplari authentico e regestis paroecialibus exscripto;

b) declaratio tribunalium cuiusque gradus, ex qua appareat quo titulo sese quodque competens ad eam causam cognoscendam iudicaverit (ex can. 1964, 1594);

c) declaratio uti supra, unde constet citationes rite in unoquoque cognitionis gradu factas esse (ex can. 1711 et seqq.);

d) declaratio uti supra, unde constet utrum partes per se steterint in iudicio an per legitimum tutorem, curatorem, procuratorem, praesertim attento can. 1646 et seqq., vel forte fuerint contumaces declaratae, attento can. 1729, 1842 et seqq.;

e) declaratio Defensoris vinculi in ultimo cognitionis gradu, unde constet ipsum sese ab appellando ad normam can. 1987 abstinuisse;

f) indicatio tribunalis Appellationis (Tribunal da Relação) Status Lusitani, cui ad normam citati articuli XXV spectet exsecutio civilis.

Documentum sub littera *a*) in separato folio adnectetur: declarationes sub litteris *b*), *c*), *d*), *f*) inseri poterunt in litteris quibus Ordinarius acta comitatur: declaratio sub littera *e*) poterit esse vel in folio separato exarata vel ad calcem sententiae adiecta. At declarationes sub litteris *b*), *c*), *d*) omitti poterunt, si de re constet ex ipso sententiae textu.

III. Si vero agatur de dispensatione super matrimonio rato et non consummato, Ordinarius qui eius exsecutionem curat informationis litteris, quibus rescriptum comitatur, adnectet documentum de quo sub littera *a*) simulque declarationes uti sub litteris *c*), *d*), *f*).

IV. Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, omnibus expeditis et accepta a civili Appellationis Tribunali peractae exsecutionis notitia, certiorem de re faciet competentem Ordinarium, qui eam cum partibus communicare curabit.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae, die 22 mensis Augusti a. 1940.

H. Card. GASPARRI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

F. Morano, *a Secretis.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 10 agosto 1940, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Generale Don CARLOS QUINTANILLA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Bolivia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

Il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, in data 6 luglio 1940 si è benignamente degnato di disporre che venga conferita la cittadinanza vaticana, durante munere, *al personale delle Rappresentanze pontificie (Nunziature, Internunziature, Delegazioni Apostoliche).*

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 febbraio 1940. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Kašpar, *Protettore dell'Apostolato del Terzo Ordine di S. Francesco* (Provincia Minoritica della Boemia, Moravia).

24 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Segura y Saenz, *Protettore dell'Istituto delle Religiose della Carità del Sacro Cuore di Gesù* (Madrid).

1 agosto » L'Illmo e Revmo Monsig. Francesco J. Brennan, *Prelato Uditore della Sacra Romana Rota.*

3 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Terzo Ordine di S. Francesco, sotto il titolo di S. Bernardino da Siena* (Reading, archidiocesi di Filadelfia).

18 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Protettore delle Suore della Carità cristiana, Figlie dell'Immacolata Concezione* (Paderborn).

Assistente al Soglio Pontificio:

26 agosto 1940. S. E. Revma Monsig. Ignazio Placencia y Moreira, Vescovo di Zacatecas.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

20 giugno 1940. Monsig. Giovanni Wegling, della diocesi di Timişoara.
» » » Monsig. Lotario Unterweger, della medesima diocesi.
2 luglio » Monsig. Alessandro Ilnicky, della diocesi di Munkács dei Ruteni.
18 agosto » Monsig. Giorgio Giglinger, della diocesi di Davenport.

NECROLOGIO

22 maggio 1940. Monsig. Guglielmo Forbes, Arcivescovo di Ottawa.
29 » » Monsig. Tommaso G. Camacho, Vescovo di Salto.
16 luglio » Monsig. Marziale Pietro Maria Jannin, Vescovo tit. di Gadara.
19 » » Monsig. Giuseppe Annibale Verdaguer, Vescovo di Mendoza.
21 » » Monsig. Ernesto Francesco Geurts, Vescovo tit. di Rinocorura.
22 » » Monsig. Francesco Fellinger, Vescovo tit. di Nisiro.
30 » » Monsig. Giona de Araujo Batinga, Vescovo di Penedo.
6 agosto » Monsig. Antonio Stoppani, Vescovo tit. di Stratonicea di Caria.
13 » » Monsig. Patrizio Barry, Vescovo di Sant'Agostino.
22 » » Emo Signor Card. Isidoro Gomá y Tomas, Arcivescovo di Toledo.
26 » » Monsig. Giovanni Battista della Pietra, Arcivescovo tit. di Calcedonia.
31 » » Monsig. Giorgio Gauthier, Arcivescovo di Montreal.
4 settembre » Monsig. Palmiro Jansoone, Vescovo tit. di Nilopoli.
8 » » Monsig. Leonardo Brindisi, Arcivescovo di Corfù e Vescovo di Zante e Cefalonia.
» » » Monsig. Arturo Girolamo Drossaerts, Arcivescovo di Sant'Antonio.
19 » » Monsig. Patrizio Casey, Vescovo di Ross.

	Roma L.	Italia L.	Estero L.

S. ROMANAE ROTAE DECISIONES

seu SENTENTIAE cura eiusdem S. Tribunalis editae, in-8°

Vol. XIV, pp. VIII-388, anno 1922	50 —	53 —	58 —
Vol. XV, pp. IV-348, anno 1923	50 —	53 —	58 —
Vol. XVI, pp. VIII-452, anno 1924	50 —	53 —	58 —
Vol. XVII, pp. VIII-462, anno 1925	50 —	53 —	58 —
Vol. XVIII, pp. VIII-460, anno 1926	50 —	53 —	58 —
Vol. XIX, pp. VIII-580, anno 1927	50 —	53 —	58 —
Vol. XX, pp. VIII-540, anno 1928	50 —	53 —	58 —
Vol. XXI, pp. VIII-586, anno 1929	50 —	53 —	58 —
Vol. XXII, pp. VIII-730, anno 1930	50 —	53 —	58 —
Vol. XXIII, pp. VIII-572, anno 1931	50 —	53 —	58 —

OTTAVIANI Sac. ALAPHRIDUS. **INSTITUTIONES IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI.**

Vol. I. **Ius publicum internum** (Ecclesiae constitutio socialis et potestas). Editio altera emendata et aucta, 1935. In-8°, pp. VIII-510	27 —	28,50	32 —
Vol. II. **Ius publicum externum**, pp. 540	28 —	29,50	33 —

OTTAVIANI Sac. ALAPHRIDUS. **COMPENDIUM IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI AD USUM AUDITORUM S. THEOLOGIAE.**

In-8°, pp. VIII-526	20 —	21,50	25 —

CODEX IURIS CANONICI

Pii X Pontificis Maximi iussu digestus, Benedicti Papae XV auctoritate promulgatus, praefatione Emi Petri Cardinalis Gasparri et indice analytico-alphabetico auctus. MCMXL. Editio in-32° (cm. 8×12) linteo contectum (gr. 170) (T)

	21 —	21,50	22,50

CODICIS IURIS CANONICI INTERPRETATIONES AUTHENTICAE

seu responsa a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos ab anno 1917 ad annum 1935 data, et in unum collecta atque Romanorum Pontificum actis et Romanae Curiae decisionibus aucta (pag. VIII-228), addita *Appendice* ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38)

	12 —	13 —	14,50
— *Linteo contectum*	19 —	20 —	21,50
— **Appendix**, ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38), in 8°	2 —	2,50	3 —

RITUALE ROMANUM.

Editio typica. Carta indiana. Luce della stampa mm. 125×76. Peso gr. 240. In-18° Stampa rosso-nero, con riquadratura rossa alle pagine. - Sciolto

	17 —	19 —	20 —
— (A) Legato in tela nera, *taglio rosso* e busta	23 —	25 —	26 —
— (B) Legato in tela nera, *taglio dorato* e busta	24 —	26 —	27 —
— (C) Legato in pelle zigrino nera, *taglio rosso* e busta	32,50	34,50	35,50
— (D) Legato in pelle zigrino nera, *taglio dorato* e busta	35 —	37 —	38 —

RITUALE ROMANUM.

Editio I post typicam. Carta indiana. Luce della stampa mm. 156×93. Peso gr. 290. In-12°. Stampa rosso-nero, con riquadratura rossa alle pagine. - Sciolto

	25 —	26 —	28,75
— (A) Legato in tela nera, *taglio rosso* e busta	32 —	33 —	36 —
— (B) Legato in tela nera, *taglio dorato* e busta	33 —	34 —	37 —
— (C) Legato in pelle zigrino nera, *taglio rosso* e busta	43 —	44 —	47 —
— (D) Legato in pelle zigrino nera, *taglio dorato* e busta	45 —	46 —	49 —

MASSIMI Card. MASSIMO **LA NOSTRA FEDE.** **Le basi e la sintesi del domma cattolico.** In-12°, pp. 321 (Quinta edizione)

	9,50	10,50	12 —

MASSIMI Card. MASSIMO **LA NOSTRA LEGGE.** **Le basi e la sintesi della morale cattolica.** In-12°, pp. 320

	9,50	10,50	12 —

Esposizione breve e chiara della dottrina cattolica per le persone colte.

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "**Acta Apostolicae Sedis**"

(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)

Recentissime pubblicazioni:

DISCORSI DEL SOMMO PONTEFICE PIO XII

DAL 3 MARZO 1939 AL 5 MAGGIO 1940

Vol. in-8°, pagg. 421, ritratto di Sua Santità. Roma L. 20 — Italia L. 21,50 Estero L. 25 —

COSTANTINI CELSO

ARCIVESCOVO TIT. DI TEODOSIA
SEGRETARIO DELLA S. C. DI PROPAGANDA FIDE

L'ARTE CRISTIANA NELLE MISSIONI

MANUALE D'ARTE PER I MISSIONARI

(vol. II della Collezione *Urbaniana*)

In 8°, pag. 430, con numerose illustrazioni nel testo.

In Roma L. 25 In Italia L. 28 Estero L. 33

PLACIDUS A S. IOSEPH, T. O. C. D., Syro-Malabarensis
e Pontificia Commissione de colligendis fontibus pro codificatione canonica orientali:

FONTES IURIS CANONICI SYRO-MALANKARENSIUM

(Fonti. Serie II - Fascicolo IX)

Italia L. 60 Estero L. 65

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
S. IOANNIS LEONARDI, Conf. (die 9 Oct.) Officium	0,60	0,60	0,75
— Missa	0,75	0,75	1 —
VANTI P. MARIO, M. I. **LO SPIRITO DI S. CAMILLO DE LELLIS** patrono degli ospedali, degli infermi e degli infermieri, con presentazione del Rmo P. Generale Florindo Rubini. Formato cm. 14 ½ × 10. Pag. 415 (grammi 150)			
In brochure	9 —	9,50	10 —
Cartonato	10 —	10,50	11 —
NORMAE pro Constitutionibus Congregationum Iuris Dioecesani a S. Congregatione de Propaganda Fide dependentium — 1940.	5 —	5,50	5,75
FELICI GUGLIELMO **LA REVERENDA CAMERA APOSTOLICA. Studio storico-giuridico.** 1940. In-8°, pag. XII-464	50 —	50 —	56 —
DE RELIGIOSIS, ad normam Codicis Iuris Canonici, edidit P. Timotheus Schaefer O. F. M. C. Editio tertia aucta et emendata. 1940. In-8°, pp. 1370	94 —	97 —	106 —
NORMAE pro exsequendis Litteris Apostolicis *Qua cura* die 8 decembris 1938 Motu Proprio datis. Pag. 4 (Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum)	0,60	0,70	0,85
ORDO DIVINI OFFICII recitandi sacrique peragendi iuxta kalendarium Universalis Ecclesiae pro anno Domini 1941	3 —	3,50	4 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis"
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/o postale N. 1-16722)